Ee 2803.

8°

Kórnika prózmiana

1972 r.

~~Lll. XIII B. 2.~~

1800/14

PSALMORVM

DAVIDIS, PROPHETÆ REGII, PARAPHRASIS METRORHYTHMICA, AD MELODIAS GALLICAS, ET RHYTHMOS GERmanicos D. Doct. Ambrosii Lobwasseri, κατὰ δύναμιν concinne ac prie accommodata,

Exercitium Scholastica iuuentuti matutinum & vespertinum futura.

Cum argumentis, diuersa metri ratione, & quatuor vocum symphoniis

AVCTORE

ANDREA SPETHE STOLbergensi, Satrapa in Westerburg.

Omnis Spiritus laudet Dominum,
Hallelujah
Vtinam omnis populus prophetet.



Apud Petrum Mareschallum Bibliopolam Heidelberg.

Anno D. M. XCVI.



SERENISSIMO ET INCLYTO PRINCIPI ET DOMINO DOMINO FRIDERICO,

Comiti Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifero & Electori Illustrissimo Duci Bauariæ, &c. Domino suo Clementissimo.

S. P.

ISACIDVM *quondam funda fatalis ab ictu*
Pro caula diadema situ, grauiora que vili
Sceptra pedo capiens lessæus regia vates
Fortuna meditatus opes, supremaque grato
Pectore miratus rerum fastigia, IOVAM
Non celebrare DEVM *regem, summiq; Tonantis*
Facta stupenda prio modulari carmine, gestu,
Voce, animo, cithara, fidibusque sonare canoris
Erubuit, cuius plures exempla secuti
Sacra propagarunt natis oracula patres,
Sic genus excelso quicunq; a stemmate clarũ
Nobilitate trahit, tituliſq; insignibus altum
Nomẽ habere parat, famamq; extendere factis.

Eheu quam tenui morta...a ludicra gustu
Libat, & in medio marcescit flore salutis,
Sit nisi diuitiis pietas coniuncta bonorum
Vita præsentis quam dos manet atque futuræ.
Scilicet hæc virtus, vera & sapientia prima
est
Illa timere DEVM, *recti qua seruat amussim,*
Et se nosse docet laudemque per omnia quærit
Officiosa DEI, *cui lingua & pectore seruit.*
Salue igitur Generose heros, Dux inclyte &
princeps
Elector, Palatine Comes, FRIDERICE *Sacrati*
Imperii dapifer primas & gloria Rheni.
Nobilitas Bauarum celebris de sanguine surgens
Cæsareo cui stemma dedit, pax florida nomen
Qui Musis sacer atque DEO, *commissa potenti*
Sceptra manu frenas studio pietatis & æqui
Clarus es, ingenio felix, vitaque decenti
Integer, & purus sceleris diuina fideli
Dogmata sectaris cultu sanctaque paternam
Religione domum genus & virtute coronas.
Nec te sacra pudet Iessæi carmina psalta
Cum populis cantare tuis, Ecclesia vulgo
Qua non sola canit sed & hæc solando laborem
In domibus ciues recitant, in rure coloni
Cumque iugis lato resonant examine colles
Quos rapido Rheni cũ flumine Neccarus ambit.
Teq; imitata Ducem patriis gens subdita terris
Diuina meritos extollit laudis honores.

Hinc DEVS *ipse tuas res & tua cœpta secundãs*
Te sibi dilectum casu seruabit in omni.
Nam quicunque DEVM *timet, & quicunque fatetur.*
Hunc amat, inque vicem, DEVS *ipse fatebitur illum,*
Sic tua per gelidas fama leuioribus alis
Gloria se tollit nubes, tandemque soluti
Vindicat a tenebris viuum post funera nomẽ.
Hac ratione decus stirpis retinetur auita.
Sed quia Psalmographi diuina poemata regis
Gallica qua Beza dextram prabente Maroto
Harmonicis aptata modis translatio pridem
Premisit: Laudator aqua sed vtrunque secutus
Ambrosius Germana dedit suadente bonorum
Consilio, indoctus maioraque viribus audens
Ingenii vena rudis inuitaque minerua
Simplicibus lingua rythmis metrisque latina
Qua neque Germanis nec Gallis libera cedit,
Depinxi solerte opera studioque fideli.
Hoc tibi submittens opus augustissime princeps
Vt mihi Mœcenas reddaris, humillimus auctor
Dedico, patroni tu me dignare clientem
Præsidiis, paruumque boni rogo consule munus,
Et mage materias hedera non prorsus egentes
Atq; voluntatem, quam totum respice carmen.
Nec rogo displiceat, tibi sanguine iunctus amico
Cattorum Princeps illustris & inclytus heros

Mauritius tibi confrater Nisoque fidelis
Euryalus, quorum Germana fœdere floret
Accipit exili tecum de munere partem
Maior vt accedat præsenti gratia libro
Gaudeat & geminis fœlix tutoribus auctor.
Viue diu Generose Leo cum Principe costa
Incolumis, donec multa cum prole nepotes
Ipse senex numeres, placida & post somnia mortis
Perpetua cœli viuas in pace beatus.

Illustrm.

Celsitud. Vestr.

Humilimus Cliens

Andreas Spethe Præfectus in Westerburg.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. MAVRITIO LANDGRAVIO HASSIÆ, COMITI CATTIMELIbocorum, Deciorum, Zigenhani & Niddæ, &c. Domino suo clementissimo.

Salutem plurimam.

OMnis origo boni cum sit DEVS atque salutis,
Principium vitæ, rerumque æterna potestas,
Qui mare, qui terras, radiantis & inclyta cœli
Sidera cum ventis, Lunæ Solisque labores
Quidquid & hic ingens animantum continet orbis
Ex nihilo sola VERBI virtute creauit,
Et genus alterna mortale propagine seruans
Vestit, alit, cunctisque iuuat, quibus indiget vti.
Cuius Maiestas non circumscripta, perennis,
Fine carens solii, titulis & nomine maior
A primo *Mu*ndi exortu tot tantaque fortis
Vndique (scum scopulis vos syluæ & flumina testes)
Mole stupenda graui fecit miracula dextræ.
Huic rationis homo conformis imagine quondam
Auctori, quantum, heu, misero vis æmula regni
Non lapsu periit carnis, malique veneno,
Dum sacer in repido scintillam pectore fomes
Nutrit & amissæ renouat primordia lucis,
Suspicit ingenio tanti veneranda Monarchæ
Numina, consilii finem sapientis in omni
Obseruat, rerumque vices & pondera, casu.

Dumque hæc assidua meditans in dagine voluit,
Agnitione DEI, pietatis & arte Magistra
Ductus, ab exemplis sequitur vestigia Patrum.
Et, quæ corde diu credit monumenta fideli
Iustitiæ, gratis confessio libera linguæ
Laudibus eructat, soluitque in carmina vocem.
Exo. 15. Sic immensa DEI, Maris ad rubri vada Moses
Isacidum celebrat læto magnalia cantu
Cum populo. Pharium feralibus victor & hostem
Exsequiis Erebi manes destinat ad imos.
Sic soror Amramidæ matrum comitante caterua,
Ad choreas vates, pulsans sua tympana Miriam
In bonitate DEI, lætum Pæana canendo
Gestit, & ad cantum socias inuitat ouantes.
Iud. 15 Sic postquam Iabini temeraria sica Tyranni
Sisera lethali perfossus tempora clauo
Turpiter occubuit muliebri stratus ab ictu,
Insignis iudex cum milite Debora Barac
Iubila grata DEO cantat cum laude triumphi.
1. Sã. 18. Sic magnum Goliath caulæ de sæpe vocatus
Cum pastor Dauid iuuenilis verbere fundæ
Fregit, & exanimem media prostrauit arena
Carmine matronarum ordo gratatur honori
Victoris, Dominoque canit pro vindice grates.
Nempe fore, vt surgens radicis virgula esse
Diuina stygium sternat virtute Gigantem.
Esa. 12. Sic sua deuotis oracula cantibus ornat
Præscius Amosides, magnum si pectore posset
Excussisse DEVM, reserans arcana futuri,
Et sacrata videns saluandi regna Sionis.
Es. 38. Sic Ezechias, Habacuc, sic Hanna, Manasse,
1. Sam. 2 Sic Sadrach, Mesach fratres, & tertius illis
Hab. 3. Iunctus Abednego fumantis in igne camini
Dan. 3. Cum tutore Deo iuuenes attingere flammæ
Erubuere pios, & vestem lambere tactu.
Dum benefacta DEI populis diuersa recensent,

Per sua custodem venerantur cantica grati.
Sic post antiqui mysteria fœderis, orbi
Cum iam venturum mulieris ab æthere semen
Prædicit Gabriel diuini nunctius oris,
Alma Dei genitrix, sacrati flaminis æstu
Ebria magnificum cœli plaudente tonantem
Exsultans hymno celebrat, faustoque salutis
Omine luxuriat, syncero corde fidelis.
Sic quoque Baptistæ genitor fatale Ioannis
Cum pueri nomen mutus signare tabellis
Cœpisset, linguæ pariter remorantia rupit
Vincula, sacratoque Dei carismate plenus
Tanta prophetizans cecinit miracula vates.
Sic vbi cœlestis Iouæ caducifer ales
Virginis in partu nato iam principe pacis
Nunctiat inducias mortalibus atque salutem,
Ocyus angelicum veniens examen Olympo
Harmonicis tenues mulcet concentibus auras,
Sic etiam viso, qui spes erat ardua patrum,
Humani medico generis, lethique veneno
Presbyter emeritus Simeon lætatur in vlnas
Suscipiens Christum cygnæo iubila cantu
Claudit, & in placida dimitti pace precatur.
Cetera quid referam, per relligionis amorem
Quæ pro laude Dei pietas cantauit auorum?
Cuncta sed hæc inter Iessæi mystica vatis
Si bene respicias dulces oracula psalmos
Extul, inops profugus per tot discrimina rerum,
Per varios casus, per mille pericula vitæ
Iactatus fatis, diuino numinis ardens
Afflatu sancti, citharæ modulamine blando
Vocis & argutæ lingua, fidibusque sonoris
Orphea, quæ superans cecinit Iessæus Arion.
Quid non doctrinæ? quæ non solamina cordis
Afflicti? quæ non animæ præcepta fidelis?
Quas non virtutes? quæ non exempla nocentis

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 2.

Inuenies mundi? quæ non cæleſtia diſces?
Vt fugiendo malum moniti meliora ſequamur.
At quia non paucis poſſunt tam multa doceri
Res, ea quæ loquitur, videat cenſura piorum.
Sed tu Cattorum Dux, Illuſtriſsime Princeps,
Cui ſubiecta ſuis cum finibus Haſsia felix,
Haſsia diues opum, populis, cœloque ſecundo
Et Deciæ ciues parent, Niddæque coloni,
MAVRITI ô regum de ſtirpe inſignis auita
Progenies, patriæ lumen, tutela bonorum,
Inclyta telluris Germanæ gloria ſalue.
Salue iuſtitiæ vindex, ambitor honeſti,
Virtutis ſpeculum, ſanctæ pietatis imago,
Muſarum decus & Phœbi, doctiſsime, prudens,
Marte animoque potens, fortiſsime nobilis heros,
In cuius gremio nutrita eccleſia gaudet
Aonidum velis ſpes, portus & anchora ſalue.
Et pia Dauidis diuinaque carmina pſaltæ
Quæ metris Eobanus *AVO* deſcripta *PHILIPPO*.
Helius obtulerat, VVidebramus & inde *PARENTI*
(Quorum fama die viuat benedicta perenni:)
Diuerſis ornata modis variaque poeſi
Exhibuit, Tuque ætatis florente iuuenta
Cum tria luſtra tribus vitæ Deus auxerat annis
Ipſe tui vena ingenii doctiſque camœnis
Principis o rarum exemplar tariſsima tantæ
Indolis o ſpecies, dignatus es, atque diſerto
Carmine depingens, Lauri te fronde coronas,
Nomen & æternum, fama ſuper æthera notus,
Sanguinis auguſta cum poſteritate mereris,
Hæc, inquam, per me (niſi friuola Simia dicar
Palladis inuitæ fucataque larua Minervæ)
Ardua conantem, maioraque viribus auſum
Concinnata diu rythmis, variique figura
Carminis, hymniſonoque odarum aptata tenori,
Atque dicata tuis reuerenter honoribus æqua

Suscipe fronte precor, vilem nec despice strenam
Erratisque meis, vbi me durissima vicit
Materiæ grauitas, & rerum copia grandis,
Da veniam, cunctisque parem non esse memento.
Nec tibi displiceat, pacis FRIDERICVS amator,
Dux Bauarûm, princeps Palatinus, Cæsaris idem
Elector, quod habet tecum hoc de munere partem,
Scilicet hic tibi se socians amitinus amico,
Te quoque participem non dedignatur honoris.
Præsidiis mea sub vestris sic Musa quiescet,
Atque patrocinio florens gaudebo duorum.
Viue diu generose Leo Illustrissime princeps
Nestoreos cum prole dies & coniuge felix
Illustri, donec numero domus aucta nepotum
Vestra sit, & cœlo vos mitia fata reponant.

Illustr^m.

Celsitud. Vestr.

Humilimus Cliens

Andreas Spethe Præfectus in Westerburg.

GEORGII REMI DOCTORIS CLARISSIMI DE PSALTERIO Dn. ANDREÆ SPHETHÆ Præfecti Westerburgensis amici colendi.

Προσφώνημα

Ad Lectorem.

RHYTHMIS, quos moduli exprimerent prædulce sonantes,
Psalmorum bessem Theodorus; & ante trientem,
Clemens Celtarum lingua adstrinxére perite.
Germani hos, Itali, Hispani, Flandriq́, Britanniq́.
Et queis Sarmatia, & colitur Bojemia vasta,
Iessæas paribus modulis qui iugiter odas
Decantant, sancti exempli pietate, secuti.
Defuit Ausonio decus hoc ἰδιώματι, quod nunc
ANDREAS SPETHVS dat, cui non Thracius ipse
Suauisono vates plectro siet anteferendus.
SPHETHO, Lectores, linguis manibusq́ fauete.

RODOLPHVS GOCLENIVS, PHILOSOPHICVS PROFESSOR in Academia Cattorum, IN SACROS METRORHYTHMOS, VERE NOBILIS POETÆ, Andreæ Spethe, amici sui colendi.

SVAVE virente nouo, post frigora, VERE voluptas
Dulce sub vmbrosa fronde petita QVIES.
Dulce SONOS Philomela tuos haurire per auras.
Dulce est vitrea LVMEN habere facie.
Suaue per Æmonia tempe decerpere FLORES
Dulce FAVIS, flagrans quos parit Hybla, frui.
Dulcior est fructus, quem Spethius edidit hortus,
VERE, QVIETE, SONIS, LVMINE, FLORE, FAVIS.
Et tamen hic etiam quam ridet suaue beato
Vere, quiete, sonis, lumine, flore, fauis.
Balsameas vt fundit opes, vt recreat aura.
Stillat vt vbertim nectare & Ambrosia.
Scilicet est animi paradisus: Adonidis horti
Huic cedunt: horti hic sunt nihil Hesperidum.
VER cœli est: animaque QVIES: SONVS entheus hymni:
LVMEN contuitus notitiaque DEI.
FLOS (sed flos nunquam marcens) cœlestis honoris,
Vndiq; quo victrix texta corona nitet
Christi oris FAVVS est: refrigerii AVRA: beata
BALSAMA lætitiæ, qua comitata salus.
Vita, quæ, sine fine manet, non labilis aui
AMBROSIVS cibus est, NECTAREVSq; latex.
Ergo tua, Andrea, quoties re'egoq; canoq;
Rythmica metra, animo vimdiore feror:
FELIX cui Musa est & docta pie & pia docte.
Perpete namq; Deum tempore praco canes.

EPIGRAMMA

Hermanni Kirchneri Poetæ Cæsarei Profess. Marpurg.

QVÆ noua Castaliis dulcedo erumpit ab vndis?
Musarum ambrosiam dixeris esse nouam.
Non tantum fidibus commotus dicitur Orphéi
Hebrus & attonitum voce stetisse nemus:
Quantum Pieridum chorus omnis, vt audijt ades
Tam lepidis rhythmis insonuisse sacras.
Et iam cernere erat syluas & saxa moueri,
Vt nouus Amphion percutit ille lyram.
O Charitum succi, sanctæq; medulla suadæ!
O nectar superum Veraq; Laudis Aqua!

Obseruanda hæc proponit Lectori Typographus.

Primo notet beneuolus Lector, cuilibet psalmo præfixam esse periocham suam seu argumentum.

II. Vt maiori cum emolumẽto rei scholasticę in publicum liber hic prodeat, & in matutinũ ac vespertinum exercitium Scholasticorum vergat, adiectæ sunt singulis Psalmis suæ melodiæ quatuor symphoniarum.

III. Licet occurrant Psalmi, qui sint quo ad choralem melodiæ eiusdem, non tamen voces omnes sunt vnius compositionis.

IIII. Hinc factum vt diuersæ ceteratum vocum melodiæ, diuersis appositæ sint Psalmis.

V. Choralis cantus, plerunq; solet esse Tenor: nisi in aliquib. psalmis, quorũ Discantus hoc signo est notatus ☞

VI. Asteriſci *_* qui occurrunt in Psalmis denotant pausam, hoc est, vbi

prolixior fuerit pſalmus, quam vt vnica vice poſſit canendo abſolui, vult ibi in canendo ceſſari: præter pſalmum 119. qui ſecundum literas Hæbræorum partes ſuas ſortitus eſt.

VII. Habes hic tabellam pſalmorum eiuſdem ſymphoniæ & toni quoad choralem.

Pſalmi eiuſdem Melodiæ quo ad Choralem.

5. & 64.
14. & 53.
17. 63. & 70.
18. & 144.
24. 62. 95. & 111.
28. & 109.
30. 76. & 139.
31. & 71.
33. & 67.
6. & 68.
46. & 82.
51. & 69.
60. & 108.
61. & 72.
66. 98. & 118.
74. & 116.
77. & 86.
78. & 90.
100. 131. & 142.
117. & 127.

PSALMORVM

DAVIDIS PROPHETÆ REGII PARAPHRASIS METRICA, AD MELODIAS GALLICAS affabre concinnata.

PSALMVS I.

Beatus vir qui non abijt in consilium impiorum.


ARGVMENTVM.

Docet hic Psalmus beatos esse homines qui a moribus & consiliis impiorum abstinentes præcepta DEI discere, & vita imitari studeant, infelices vero esse contrarium agentes.


RATIO METRI.

— — ∪ — — — ∪ — ∪ — 1. 2. 5 6
— — ∪ — — — ∪ — ∪ — — 3. 4.


Dis.



Qui non malorum iungitur choro,



Non impiis se miscet in foro,



Nec scamna risorum comes probauit,




Legem Dei sed quaritans amauit,


Te.




Qui non malorum iungitur choro,



Non impiis se miscet in foro,



Nec scamna risorum comes probauit,



Legem Dei sed quaritans amauit,

Hanc


Alt.



Qui non malorum iungitur choro,



Non impiis se miscet in foro.



Nec scamna risorum comes probauit,



Legem Dei sed quaritans amauit,

Bas.




Qui non malorum iungitur choro,




Non impiis se miscet in foro,




Nec scamna risorum comes probauit,




Legem Dei sed quaritans amauit,




Hanc nocte volues in die canet,



Felix vir & prosper Deo placet.



Hanc nocte volues in die canet



Felix vir & prosper Deo placet.

2 Hic, arbor vt florens & insita
Amnis secus plantata littora,
Fructus sui qua fert, bonum saporem,
Nec viuidum mutant coma colorem,
Quicquid facit, conatur, aut petit,
Successibus faustum boni gerit.
3 Tales, mali non sunt & improbi,
Sed pulueri, non impares soli,
Et mollibus, quos spargit aura, villis.
Quare tribunal non fauebit illis.
In cœtibus rectis nihil valent
Nequam: suos non hic locos habent.
4 Est nota iustorum Deo via,
Quos protegit diuina gratia. *


Æterna



Hanc nocte voluens in die canet,



Felix vir & prosper Deo placet.



Hanc nocte voluens in die canet,



Felix vir & prosper Deo placet.

* 3 *Æterna quare lustra permanebunt.*
At qui leues peccare non cauebunt,
Non prosperantur nec diu solent
Durare, sed fato graui dolent.

PSALMVS II.

Quare fremuerunt gentes, &c.


Hic apparet quod Dauid cum suo imperio typus & indubitata prophetia sit de Christo & regno eius.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.3.6 8
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 2.4.5.7


Disc.




Quare fremunt gentes furoribus



Et sauientes dira machinantur?



Quid nationes in tumoribus



Fastuq; stulto vana fabricantur?

Ten.




Quare fremunt gentes furoribus



Et sauientes dira machinantur?




Quid nationes in tumoribus



Fastuq; stulto vana fabricantur?

Alt.




Quare fremunt gentes furoribus



Et sauientes dira machinantur?



Quid nationes in tumoribus



Fastuq; stulto vana fabricantur?


Bas.




Quare fremunt gentes furoribus



Et sauientes dira machinantur?



Quid nationes in tumoribus



Fastuq; stulto vana fabricantur?



Cum Regibus ſunt Principes gregati




Contra DEVM Iouam ferociter,




Eiuſque Chriſto bella fœderati




Inferre conſpirant atrociter.



Cum Regibus ſunt Principes gregati




Contra Deum Iouam ferociter,



Eiuſque Chriſto bellafœderati




Inferre conſpirant atrociter.



Cum regibus ſunt principes gregati




Contra Deum Iouam ferociter,



Eiuſq; Chriſto bella fœderati




Inferre conſpirant atrociter.




Cum regibus ſunt principes gregati



Contra Deum Iouam ferociter,



Eiuſq; Chriſto bella fœderati



Inferre conſpirant atrociter.

2 Rumpamus aiunt, tale vinculum,
Nec seruitutem liberi feramus.
Et dissipantes agmen improbum
Eius iugum mortale conteramus.
Illos sed irridebit Imperator
Cœli Deus regnans in arcibus,
Stultosque subsannabit exsecrator,
Et friuolis illudet artibus.
3 Tunc de poli stellante culmine
Iratus hostes vltor allo quetur,
Vocis graui turbata fulmine
Et corda desperatio sequetur.
Qua pergitis dementia minari
Natum rebelles in piissimum?
Hunc esse Regem rite consecraui
In montis aula nobilis Sion.
* ? ? ?
* ć
4 Decreta patris sancta maximi
Vocis, aut Messiah, pradicaui
Es filius dixit meus, mihi,
Hac in die te gnatę procreaui.
Tradam tibi, quacunque postulabis,
Hareditas gentes erunt tua,
Cunctosque fines orbis impetrabis,
Vt laude dignum te colant sua.
5 In ferrea virga tua reges
Virtutis omnes ductor & domabis,
Et vasis instar fictilis teres,
Fractosque cum feruore deuorabis.

Estote

Estote reges ergo prouidentes,
Rectique doctrinam sequimini.
Et iudicatis qui solum potentes
In disciplinis erudimini
6 *Regum Deo Regi potentia*
Fortissimo seruite cum timore,
Illi piorum cum frequentia
Prudenter exsultate cum tremore.
Exosculando filium Tonantis
Placate grati cultibus piis,
Ne vos in ira motibus flagrantis
Stultis euntes perdat in viis.
7 *Iouæ furor si forte flatibus*
Exarserit ceu flamma prouocati,
Tunc qui DEO fidunt, reatibus
Soluentur, & viuent fide beati.

PSALMVS III.

Domine quid multiplicati sunt, &c.


Dauid ingente militum copia obsessus terrore angitur, sed apprehensa in Deum fiducia illum adorans, respirat, & victoriam sibi promittit.

– – – ∪ ∪ – 1.2 4 5.7.8.10 11
– – ∪ – ∪ – – 3.6.9.12.

Disc.



Quam multi mihi sunt



Hostes, qui cupiunt




Turbare me dolosi?



Heu, quot me miserum

Ten.



Quam multi mihi sunt



Hostes qui cupiunt




Turbare me dolosi?



Heu quot me miserum

In-



Alt.
Quam multi mihi sunt
Hostes qui cupiunt
Turbare me dolosi?
Heu quot me miserum
Bas.
Quam multi mihi sunt
Hostes qui cupiunt
Turbare me dolosi?
Heu, quot me miserum




Infestant iterum



Contrarii perosi?




Sic alter recitat




Non est qui redimat,




Infestant iterum




Contrarii perosi?




Sic alter recitat,




Non est qui redimat,




Infestant iterum



Contrarii perosi?




Sic alter recitat,




Non est qui redimat,




Infestant iterum




Contrarii perosi?




Sic alter recitat,



Non est qui redimat,




Spes vindicis nec vlti.




Nunquam propter eum




Tangit cura Deum,




Narrant inepta ſtulti.



Spes vindicis nec vlti.



Nunquam propter eum



Tangit cura Deum,



Narrant inepta ſtulti.


Nam



Spes vindicis nec vlti.




Nunquam propter eum



Tangit cura Deum,



Narrant inepta stulti



Spes vindicis nec vlti.



Nunquam propter eum



Tangit cura Deum,



Narrant inepta stulti.

2 *Nam tu nostra meus*
Es tutela Deus,
Me gloria beasti,
Hoc tu, quem veneror,
Et gratus meditor,
Sursum caput levasti.
Ad te supplicibus
Suspiro precibus,
Exaudiens vocanti
Et tu præsidium
Fers de monte Sion,
Nil denegans roganti.
3 *Somnum si capio,*
Securus careo
Omni metu malorum.
Rursus si vigilo,
Nil quicquam timeo,
Me rex tegit Deorum.
Centum mille viris
Si me dira nimis
Circumdabit tyrannis *



* *Vt me dilaniet,*
Triſtem non faciet,
Ridebo caſtra ſannis.
4. *Sed tu ſurge Deus*
Hoſtes pelle ferus
Qui conterendo dentes,
Maxillas reprobis
Percuſſas reprimis,
Et diſſipas furentes.
Solus tu bonus es,
Quem diuina penes
Reſtat ſalus fauoris.
Qui ſaluum populum
Præſtas eſſe tuum
Iuſtus redemtor horis.


PSALMVS IV.


Cum inuocarem, exaudiuit me Deus &c.


Dauid Abſolone fœdus aduerſum ipſum feriente Deum inuocat, principes iſrael reprehendit, quod in necem ipſius conſpiraſſent ad pœnitentiam incitat, concludit denique in pace conſtitutus ſit. qa Deo fidat.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.3.4.6.8.9.
– – ∪ – – ∪ ∪ – 2.5.7.10.




Cordis mei iu sti tia,
Et me crucis sub mole stantem
Solare, qui mentem labantem
Extendis in la ti ti a,
Cordis me i iu sti ti a.
Et me crucis sub mole stantem
So la re, qui mentem labantem
Extendis in la ti ti a.


Cordis mei iustitia
Et me crucis sub molestantem
Solare qui mentem labantem
Extendis in latitia,
Cordis mei iustitia,
Et me crucis sub molestantem
Solare, qui mentem labantem
Extendis in latitia.


Quid gloriam contaminatis
Risu meam vos domini?
Et vanitates cur amatis,
Mendacium falsi probatis,
Quid gloriam contaminatis
Risu meam vos Domini?
Et vanitates cur amatis
Mendacium falsi probatis,




Quid gloriam contaminatis



Risu meam vos Domini?




Et vanitates cur amatis,




Mendacium falsi probatis,



Quid gloriam contaminatis




Risu meam vos domini?



Et vanitates cur amatis,



Mendacium falsi probatis,



Iusto nocentes homini?




Iusto nocentes homini?

2 *Scitote, quod sanctos potenti*
Ducat manu mirifice,
Et voce clamantem gementi
Me liberans incontinenti
Saluat Deus magnifice.
Ira furorem supprimentes,
Peccare nolite Deo.
Sed cordibus vestris loquentes,
In lectulis & confitentes
Cessate de ludibrio.
3. *Grati Deo sacrum parate*
Virtutis in iustitia,
Et spes in ipso collocate,
Rectosq; mores incoate,
Culpa fugantes vitia.
Multi requirunt impudentes
Ostendet hic tale bonum?
Sed te rogamus diligenter,
In nos tui vultus frequenter
Lumen Deus funde pium.
4 *Tu cor meum solus perenni*
*In gaudio latificas.**



Iusto nocentes homini.



Iusto nocentes homini

Illis licet vino fluenti,
Et copia farris recenti
Magnas opes multiplicas.
In pace securus recumbo.
Dulcemq; somnum capio.
Nam tu iuuas me sortis vmbo.
Protectus a te cum triumpho
Fœlix in aulis habito.

PSALMVS V.

Verba mea auribus percipe.


Dauid in exsilio multa passus, & veritus ne ab adulatoribus, qui cum Saul erant, multo plura pati cogatur, preces suas ad DEVM dirigit, seque consolatur, DEVM malos odio habere, bonis autem fauere considerans.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.4.
– – ∪ – – – ∪ – 3.2.
– ∪ ∪ – – 5.


Dis.




Aures Deus verbis apertas



Quaso meis intendito,



Et supplicem defendito,




Audi preces luctu refertas,


Ten.




Aures Deus verbis apertas



Quaso meis intendito,





Et supplicem defendito,



Audi preces luctu refertas,

Vt mala


Alt
Aures Deus vorbis apertas
Quæso meis intendito,
Et supplicem defendito,
Audi preces luctu refertas,
Ba.
Aures Deus verbis apertas
Quæso meis intendito
Et supplicem defendito,
Audi preces luctu refertas,



Vt mala vertas.



Vt mala vertas.

2 *Vocis meæ tristem querelam*
Clemens redemtor suscipe,
Rex & Deus me respice,
Verbi tui iuxta loquelam
Mitte medelam.
3 *Afflictus ad te clamo mane,*
Cum solis ortus proruit,
Aurora cum se protulit,
Votum tibi quod fundo sane,
Non sit inane.
4 *Tu non volens impuritatem*
Iustus malignis inuides,
Te stare nec coram sines.
Gratam coronas veritatem
Per bonitatem.
5 *Stultos pati nescis nocentes,*
Nec prauitatem diligis,
Vanos sed omnes diripis.
Qui falsa sectantur volentes
Fraude potentes



Vt mala vertas.



Vt mala vertas.

* * * * * *

6 *Mendacium perdis dolosi,*
Vindex abhorres, cædium
Sontes, viros: sunt tædium
Qui felle mel miscent iocosi,
Recta perosi.

7 *Ædes tuas quare paratо*
Intrare confidens tibi,
Templum sacrum visens ibi.
Et te timens hic inuocabo
Atq; rogabo.

8 *Rector mihi fidus maneto,*
Me ducito per gratiam
Propter meos hostes tuam.
Rectos sequi calles doceto
Luce repleto.

9 *Incerta falsi nam loquuntur,*
Cor fraude cunctis est scatens,
Guttur sepulcrum ceu patens.
Linguis adulando fruuntur:
Vana sequuntur.

10 Ergo genus iudex rebelle
Hoc arguas, vt decidant
Cœptis mali qua fabricant.
Quos te vides turbare velle,
Ioua repelle.

11 Sed gaudio tu recreabis
Saluos perenni, qui suam
In te locant fiduciam,
Cœlis amantes te leuabis,
Atque beabis.

12 Iustos enim donis bonorum
Per grata ditas otia,
Illos coronas gratia.
Scuto velut, custos piorum
Summe Deorum.



Neme

Domine ne in furore tuo arguas me &c.

Dauid per manum Dei afflictus, quod Deum ad iram commouerit agnoscit, & vt rursus se consolari possit, remissionem petit peccatorum, & quod Deum laudare nequeat conqueritur, nisi ex periculo mortis liberetur. Deinde sese erigit & ad cœlum vsque gratiam Dei extollens, sermonem suum ad inimicos suos qui in malis ipsius exultant conuertit.

– – ∪ – ∪ – – 1 2. 4. 5.
– – – ∪ ∪ – 3 6.





2 Sed gratiam refunde,
Et me fouens abunde
Sanato fragilem *



*Exhausta nam priore
Hæc ossa me vigore
Reddunt exanimem.

Et ſpiritus grauatur,
Terrore ſauciatur,
Cordi nulla quies.
Quam me diu gementem
Pondus crucis ferentem
Triſtari facies?
4 Conuerſus ergo tutum
Et vinculis ſolutum
Serua propitius,
Et patrio fauore
Me mortis a rigore
Saluato citius.
5 Nam luce ſi carentes
Exſtinguimur iacentes,
Quis te glorificet?
Quis, queſo te ſub vmbra
In contegente tumba,
Viuum magnificet?
6 In nocte ploro tota,
Fletuque ſtrata lota
Suſpirante rigo,
Vrgente pra dolore
Vdum cubile, rore
Ceuſtillane, lino.
7 Mœrore cor liqueſcit,
Forma color ſeneſcit,
Vires deficiunt.
In me perire viſum
Sanus mouere riſum
Hoſtes incipiunt.

8 *At vos truces tyranni*
Proscribo iure banni,
Cedatis penitus.
Hos nam Deus misertus,
Et me iuuare certus
Exaudit gemitus.
9 *Vultum Deus reflexit,*
Et lacrymas respexit
Ardentes queruli.
Quacunq; postulaui
Iam diues impetraui,
Et plus quam petij.
10 *Hostes sed in pudore*
Frontis dolent rubore
Decepti pariter,
I nunc cohors malorum,
Illude res piorum,
Impinges grauiter.

PSALMVS VII.

Domine Deus meus in te speraui &c.

Dauid orat, vt a magna Saulis persecutione custodiatur, innocẽtiam suam prætẽdens, regnũ sibi promissum expetit, & vt aduersarii eius confundantur, de quibus deniq; vaticinatur, quod in gladiis propriis sint perituri, quam ob rẽ quoq; Deum laudat.

– – ∪ – – – ∪ – – 1. 2. 5. 6.
– – ∪ – – – ∪ – 3. 4. 7. 8.

Dis.




In te Deus spero fidelis,



Vitam meam custos fouebis.




Contra Tyrannos, hospitem



Tu proteges me sospitem,

Te.




In te Deus spero fidelis,



Vitam meam custos fouebis.



Contra Tyrannos, hospitem




Tu proteges me sospitem

Alt.




In tę Deus ſpero fidelis,



Vitam meam cuſtos fouebis



Contra Tyrannos, hoſpitem




Tu proteges me ſoſpitem,

Baſ



Inte Deus ſpero fidelis,



Vitam meam cuſtos fouebis.




Contra Tyrannos, hoſpitem




Tu proteges me ſoſpitem,



Ne meſuis technis doloſi



Circumdatum tollant peroſi,




Et ceu leo me dentibus



Nullis vorent ſoluentibus



Ne me ſuis technis doloſi



Circumdatum tollant peroſi,




Et ceu leo me dentibus



Nullis vorent ſoluentibus.



Ne me ſuis technis doloſi




Circumdatum tollant peroſi,



Et ceu leo me dentibus



Nullis vorent ſoluentibus.



Ne me ſuis technis doloſi



Circumdatum tollant peroſi,



Et ceu leo me dentibus



Nullis vorent ſoluentibus

2 Si forte quem læsi bonorum
Iniuriis gaudens dolorum,
Si per manus innoxium
Hausi cruentas proximum,
Si commodum damno rependi
Culpa reus iusto nocendi,
Si fautor aduersario
Nunquam fui primario.
3 Tunc me ferox, da, persequatur
Hostis, triumphis & feratur,
Donec peremti sub leues
Nomen recondat pulueres.
Quare graui surgens in ira
Hostes super virtute mira,
Promissionis me tuæ
Regalibus reddi iube.
4 Hinc copia maiore gentes
Se congregabunt te colentes,
Sublimis ergo propriam
Vindex tuetur gloriam,
Et nationes iudicato,
Me censor insontem probato,
Vt non nefandi sum reus,
Sic argues me tu Deus.

* * *
* *

5 Delicta punito malorum
Protector & virtus bonorum.
Scrutator es qui cordium

Renum sciens exordium.
Rex Iouа me seruat clientem
Scuto vel ut subter latentem,
Curam piorum qui gerit,
Nunquam fideles deserit.
6 *Iudex Deus non est iniquus,*
Causa bona iustis amicus
Pœnam minatur reprobis,
Vero repugnant qui dolis.
Si non cauent peccare stulti,
Ictu peribunt ensis vlti.
Arcus Dei iam flectitur,
Grex impius quo pectitur.
7 *IEHOVA ceu dux Imperator*
Augustus, & belli parator
Telis minax lethalibus
Cladem meis fert hostibus.
Hic ecce concepit furorem,
Et parturit pregnans dolorem,
Fœtus abortu sed gemit,
Conatus illi quod perit.
8 *Trux alterum qui non putauit*
Turbare technis cogitauit,
Sed dum bono fraudem struit,
In propriam fossam ruit,
Qua me manu vexare credit,
Collum suum conuersa ladit:
Quo me dolo fallax adit,

Illi super frontem cadit.
9 *Quare Deo cantabo vates*
Vita fruar dum luce grates
Et nominis sancti pio
Psallam decus cum iubilo.


PSALMVS VIII.

Domine Deus noster quam admirabile &c.

Dis.



O IOVA Rex illustris angelorum.




Nomen tuum quam laudibus piorum



Extollitur mundi per ambitum,

Ten.



O IOVA Rex illustris angelorum



Nomen tuum quam laudibus piorum



Extollitur mundi per ambitum,

Magna cum admiratione Dauid hic suspiciendam Dei omnium rerum creatoris potentiam, & magna eius beneficia in homines a Deo collata celebrat, quod videlicet hominem ita vt exsistit, creauerit


– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 1.2.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 3 4.

Alt.



O IOVA Rex illustris angelorum,




Nomen tuum quam laudibus piorum



Extollitur mundi per ambitum,

Bas.




O IOVA Rex illustris angelorum




Nomen tuum quam laudibus piorum



Extollitur mundi per ambitum,




Cœli super fert astra transitum.




Cœli super fert astra transitum,

2 Lactentium tu prædicaris ore,
Laudes tuas qui publicant honore,
Hostes quibus confundis improbos,
Vltoris & noxa facis modos.
3 Si mente voluo cuncta quæ creasti,
Et tam potenti brachio parasti,
Solis iubar, lunamq; splendidam,
Stellas poli, lucemq; candidam.
4 Miratus hæc considero: quis, inquam,
Est hic homo, curam Deus propinquam
Cuius geris? mortalis illius
Quem respicis, quis quæso filius?
5 Est angelis quamuis minor valore,
Ipsum coronas attamen fauore.
Hic gratia sublimis inclyta
Et spe salutis floret indita.
6 Rerum cui tu copiam dedisti,
Sancta manu quascunq; condidisti,
Illi iubens vt cuncta pareant,
Rectoris & leges sui ferant.



Cœli super fert astra transitum.



Cœli super fert astra transitum

7 *Agni, boues, armenta quæq; mundi,*
Vallis feræ, montis simul profundi,
Syluestribus quæ sub iugis latent,
Campestribus vel pascuis patent.
8 *Alis, aues, & quæ volant frequenter*
Auraſq; mulcent cantibus decenter,
Pisces aquas qui per maris fluunt,
Non imperantis frena respuunt.
9 *Iehoua Rex fortis, Deus Deorum,*
Nomen tuum quam gloriâ decorum.
Diuina maiestas & eminet,
Omni loco quem terra continet?

PSALMVS IX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. &c.

Cantio hæc est triumphalis, qua Dauid DEO propter prælii consecutam victoriam, in quo maximi ipsius hostes perierant, gratias agit [quidam Goliath fuisse arbitrantur] postea iustitiam Dei laudib. ornat, qui suis oportuno tempore iustitiam paret.


– – ∪ – – – ∪ – 1.2.

– – ∪ – – – ∪ – – 3.4.


Disc.




Grates tibi dicam Deus



O summe Rex & dux meus,




Laudes canam miraculorum



Et gloria tollam tuorum

Ten




Grates tibi dicam Deus



O summe Rex & dux meus,




Laudes canam miraculorum



Et gloria tollam tuorum.

Alt.


Grates tibi dicam DEVS
O ſumme Rex & dux meus,
Laudes canam miraculorum
Et gloria tollam tuorum.

Baſ.

Grates tibi dicam DEVS
O ſumme Rex & dux meus
Laudes canam miraculorum
Et gloria tollam tuorum.

2 Lætatus in te per tuam
Exsulta sospes gratiam,
Altissimum te prædicabo
Nomen tuum cantu sonabo.
3 Hostes enim vindex meos
Tu reppulisti tam feros,
Vultus tuos qui non tulerunt,
Sed te videntes occiderunt.
4 Patronus vt me suscipis,
Causam clientis sic agis.
Alto tribunali locaris,
Iustusq; iudex approbaris.
5 Tu voce gentes increpas,
Cœtus iniquos dissipas,
Et nomen extinguens malorum
Deles per æuum seculorum.

* * * * *

6 Sic hostis omnes pessime
Vastabis instar bestiæ
Vt destruantur ciuitates,
Et non recordentur penates?
7 Non sic: tuus non prævalet
Liuor Deum qui permanet,
Et solus æternum manebit,
Sellam parat quam possidebit.
8 Vt cuncta iudex arguat,
Et iure iusto corrigat
Terras in omni veritate,
Et nationes æquitate.

9 Hic fert opem quærentibus,
Succurrit & mœrentibus,
In sorte dura qui laborant,
Illum fideles mox adorant.
10 Hinc te requirunt vnicum
Nouêre qui nomen tuum,
Illos Deus clemens iuuabis,
Tristiq; luctu liberabis.


* * *

11 Regi Sionis psallite,
Et iubilis extollite.
Omni simul narrate genti
Quæ fecit in dextra potenti.
12 Nam sanguinem iusti Deus
Quærens rei punit scelus,
Oblitus & est non egentis,
Audit querelam sed gementis.
13 Ergo misertus respice
Me, IOVA nunquam despice,
Hostis iugo duraque mortis
Me sospirator solue portis.
14 Vt filias laudem tuam
Inter Sion gratus canam,
Et gaudeam spe roboratus
Quod me tueri sis paratus.
15 In proprios casses ruunt
Technas probatis qui struunt,
Et, quam bonis fecere gentes
Labuntur in fossam cadentes.


* * * * *

16 *Virtus Dei sic cernitur*
Qui iustus est, & perditur
Sic funditus grex impiorum
In criminum pœna suorum.
17 *Trudantur omnes improbi*
In Ditis ignes infimi,
Obliuioni qui superbi
Dantes Deum peccant proterui.
18 *Nam pauperis non immemor*
Ægrum leuat languore cor,
Et spem miser, quando dolebit,
*Votis inanem non fouebit.**

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.2.3.4.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 5.6.

Dis. 

Vt quid recessisti procul Deus
Nostri sinistra sorte nescius?

T.c. 

Vt quid recessisti procul Deus
Nostri sinistra sorte nescius?


Abscondis


19 *Surgens Deus vires cito*
Cunctis tuas ostendito.
Mortalium vim præcaueto,
Et gentium Iudex maneto.
20 *Doctore gentes instruo*
Et disciplinis imbue,
Vt rite discant te vereri,
Et morte captos se teneri.

PSALMVS X.


Vt quid Domine recessisti longe?

Psalmus hic precatio est aduersus improbos peruersos & sceleratos homines, malis technis & potentia vel vi pios & humiles supprimentes, descripta quoque hic est superbia cum medio, quo impii contra bonos vtuntur.







Abſcondis & vultum nimis tuum
Dum fingit iniuſtus dolum ſuum,




Inflatus hoc conatur vnicum,




Vt pauperem vi ſupprimat Tyrannus,




O ſi ſuis ſit retibus necandus.




Abſcondis & vultum nimis tuum
Dum fingit iniuſtus dolum ſuum,




Inflatus hoc conatur vnicum,




Vt pauperem vi ſupprimat Tyrannus.



O ſi ſuis ſit retibus necandus.




Abſcondis & vultum nimis tuum
Dum fingit iniuſtus dolum ſuum,



Inflatus hoc conatur vnicum,



Vt pauperem vi ſupprimat Tyrannus,



O ſi ſuis ſit retibus necandus.




Abſcondis & vultum nimis tuum
Dum fingit iniuſtus dolum ſuum,



Inflatus hoc conatur vnicum,



Vt pauperem vi ſupprimat Tyrannus,



O ſi ſuis ſit retibus necandus.


2 *Fastu superbo iactat impius*
Quacunq; praua mente perpetrat,
Nummos auari laudat improbus.
Audacia blasphemus increpat
IOVAM DEVM, qui solus imperat.
Hunc insolens contemnit abnegatum,
Nec numen irridens timet beatum.
3 *Instat malis cum pertinacia,*
IOVÆ tribunal iudicss parum
Curat, superbus contumacia
Hostis sui non æstimat manum.
Nullum sibi credit periculum
Obstare, quo succumbat occupatus,
Tutissimum se semper arbitratus.
4 *Iniuriantis lingua deierat,*
Falsum loqui mendacium solet.
Crudeliter rixando peierat,
Sub melle fellis virus & fouet,
Cum lite eadem perfidus mouet.
Tanquam latro prædator inscientem
Obseruat, vt letho det innocentem,
* * * * *
5 *Impostor occulta specu iacens*
Rimatur, insontes vt obruat,
Tanquam leo collimat & latens,
In rete donec præda corruat.
Nequam bonos sic ille subiugat,
Et voce quærit blandiens amica

Vt deprimat vi pauperes iniqua,
6 *In corde sed tali superbia*
Demens ait, non curat id Deus,
Oblitus est, & de proteruia
Vultus suos auertit, inscius.
Nunc ergo surgens vltor inclytus
Extolle dextram Ioua spes bonorum,
Et libera pressos memor dolorum.
7 *Quare Deum ridebit impius*
Semper mala i peior licentia?
Dum tale secum iactat improbus,
Nil numinis curant silentia.
Considerans sed tu nocentia
Auffers relicti pauperis laborem,
Te sentiet pupillus adiutorem.
8 *Hostis lacertum frange reprobi,*
Et sistito iudex reum foro.
Inquire culpam fraudis & doli,
Coram tuo non stabit in throno.
Hoc si malus damnabitur modo.
Sceptro perenni Iouia rex virebis,
Gentes fugari funditus videbis.
9 *Audis preces clemens querentium*
In sortis aduersa doloribus.
Confidit in te cor gementium,
Es supplicum non surdus oribus.
Salua tuis orbos fauoribus,
Et pauperes defendito clientes,
Me deleant illos soli potentes.


PSALMVS XI.

In Domino confido, &c.


De iis qui ipsum ex terra Israelis penitus eiecerũt, conqueritur. Deinde fiduciã suã in Deum, iustitiã quoq; eius tam in pios quã in impios, indicat.



In gratia Iouæ Dei potentis



Spero: quid ergo me iubebitis



In lustra deserti volare montis




Ala volucris more prapetis?



In gratia Iouæ Dei potentis



Spero: quid ergo me iubebitis




In lustra deserti volare montis



Ala volucris more prapetis? *Arcum*

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 1.3.5.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 2.4.6 7


Alt.




In gratia IOVÆ DEI potentis



Spero: Quid ergo me iubebitis




In lustra deserti volare montis




Ala volucris more prapetis?


Bas.



In gratia IOVÆ DEI potentis




Spero: Quid ergo me iubebitis



In lustra deserti volare montis




Ala volucris more prapetis?




Arcum mali dextra minace tendunt,



Telis bonos vt clam petant suis,




Et vera falso turpiter rependunt.



Arcum mali dextra minace tendunt,




Telis bonos vt clam petant suis.




Et vera falso turpiter rependant.

2 *Fundamen auellunt & omne rectum,*
Quid iustus aiunt ille proficit?
Templum Deus sanctum poliq; tectum
Sed possidens hostes retroiicit.
Exam inans mortalium labores,
Celsa throni de sede prospicit,
Obseruat & prauos bonosq; mores.
Iustum probans odit dolo nocentes,




Arcum mali dextra minace tendunt,




Telis bonos vt clam petant suis.



Et vera falso turpiter rependunt.



Arcum mali dextra minace tendunt,



Telis bonos vt clam petant suis,



Et vera falso turpiter rependunt.

* *Fastidit & vitæ proteruiam.*
Fulgur super fastu graui tumentes
Atræq; flammas in superbiam
Mittet picis: sic impij dolorum
Faces bibent, iramq; feruidam,
Et seminum messem ferent suorum.
4 *Vt iustus est, sic fautor æquitatis*
Iustos amat quicunq; diligunt
Recti vias candore veritatis.


Saluum me fac Domine, &c.

In hoc Psalmo de assentatoribus, qui in Aula Saulis erant, loquitur, qui adulatione, figmentis, & temeritate sua omnibus molesti & noxii erant, & Deum orat, vt in illos animaduertat.

Dis.



Saluum Deus me fac salus piorum,



Nam turba tandem sancta deficit.



Decrescit omnis caritas bonorum,




Credentium grex esse desinit.


Te.



Saluum Deus me fac salus piorum,



Nam turba tandem sancta deficit.



Decrescit omnis caritas bonorum,



Credentium grex esse desinit

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 1.3.


– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 2.4.

Alt.



Saluum Deus me fac ſalus piorum,

Nam turba tandem ſancta deficit.



Decreſcit omnis caritas bonorum,



Credentium grex eſſe deſinit.

Baſ.




Saluum Deus me fac ſalus piorum,



Nam turba tandem ſancta deficit.



Decreſcit omnis caritas bonorum,



Credentium grex eſſe deſinit.

2 *Iam proximo falsum mali loquuntur,*
Fellis venenum melle condiunt.
Et verba linguæ corde mentiuntur,
Contrarii diuersa sentiunt.
3 *Disperdat oris fabulam dolosi,*
Turpem Deus tollat superbiam,
Qua veritatem grandibus perosi
Verbis suam velant proteruiam.
4 *Nos cæteris, iactant, sumus priores*
Auctoritatis præminentia,
Est nemo par: nos audiant minores,
Qua nos reformabit potentia?
5 *Ergo malis dum pauperes premuntur,*
Inquit Deus, me vindicem geram.
Audita sunt quæ supplices queruntur
Et fautor afflictis opem feram.
6 *Vt septies coctum foco serenis*
Purgatur argentum coloribus,
Sic asperis verbi Dei fidelis
Virtus probatur sub doloribus.
7 *Ecclesiam custodiens bonorum*
Sed libera cœtum Deus tuum
A pessimo consortio malorum
Omnis per æui, quæso, seculum.
8 *Augentur in mortalibus prophani,*
Magnaq; surgunt insolentia
Dum reprobi nequam viriq; vani
Grassantur in vulgi frequentia.

PSALMVS XIII.


Vsq; quo Domine obliuiscēris &c.


Dauid multis in pīis superatus & victus, de dilatiōe auxilii Dei cōqueritur. Deīde Deū, vt hilarē velit cōcedere victoriā implorat

– – ∪ – – – ∪ – 1.

– – ∪ – – ∪ – – 2. 5.

– – ∪ – – – ∪ – – 3. 4.





2 Heu quam diu pectus graui
Curа gemet vulnerati?
Totа die cur corde flebo,
Hostisq; prаferri dolebo
Audaciam gloriati?
3 Tandem Deus me respice,
Exaudiens & tui me
Illumina vultus vigore,*


*Ne mor




Cur fronte me verſa relinquis



O Ioua, iam mortis propinquis




Terroribus nec mederis?



Cur fronte me verſa relinquis



O Ioua, iam mortis propinquis



Terroribus nec mederis?

« *Ne mortis exſtinctus ſopore*
Terræ tegar funus imæ.
4 *Nec victor aduerſarius*
In me triumphet gauiſus,
Et iactet hoſtis non redemtum,
Sed vi ſua me iam peremtum
Ex luce delere viſus.
5 *Semper tibi fidam tamen,*

Tollis meum tu grauamen.
Quare Deus te laudo gratus,
Quod me iuuas custos paratus
Et fers dolori leuamen.

PSALMVS XIIII.

Dixit insipiens in corde suo non est Deus &c.

Dis.



Insaniens in corde sic ait,



Non est Deus: contemtor ergo veri



Peruersus est, nec iusta vult doceri,


Te.



Insaniens in corde sic ait,



Non est Deus: contemtor ergo veri



Peruersus est, nec iusta vult doceri.

Inqui

Vndique multos incredulos & Ethnicos hærere ait, prauam eorum describens naturam, precatur & prædicit illis eradicationem, & liberationem populi Dei quem deuorant.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.4.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 2.3.
– ∪ ∪ – 5.

Al.

Insaniens in corde sic ait,

Non est Deus: contemtor ergo veri


Peruersus est nec iusta vult doceri,

Bas.


Insaniens in corde sic ait,

Non est Deus: contemtor ergo veri


Peruersus est nec iusta vult doceri,



Inquirit aquum nemo, nec facet,



Nemo ſapit.



Inquirit aquum nemo, nec facit,



Nemo ſapit.

2 *Deſpexit e cœli Deus polo*
Examinans mortalium furorem,
Stultis virum ſi cernat aquiorem,
Legem ſuam qui curet in ſolo
Abſq; dolo.

3 *Omnes tamen ſpectauit vndiq;*
Errore cœco deuios vagari,
Et recta nuſquam reprobis amari.
Dum ſemitam ſectatus eſt pia
Nemo via.


4 *Non hæc tamen conſiderant mali*
Crudeliter plebem meam vorantes
Inquit Deus: per me nec inuocantes
Credunt opem luctantibus graui
Mole dari.




Inquirit æquum nemo, nec facit,



Ne mo ſa pit.



Inquirit æquum nemo, nec facit,



Ne mo ſa pit.

5 *Ergo tremens terrebit hos metus,*
Quando ſuos clementer adiuuabit,
Et ſoſpites omni malo leuabit,
Qui ſuaue iuſtorum fouet genus,
Iouæ Deus.

6 *Non hæc tamen deſpecta creditis,*
Sed pauperem ridetis inſolenter,
Cuſtode quod floret Deo potenter,
Dura crucis ſub mole debilis
Nec perit is.


7 *Quis de Sion dux Iſraël domum*
Saluabit? in vinclis Deus gementem
Vindex ſuam cum ſoluet ipſe gentem,
Gaudebit Iſrael Iacob bonum
Eſſe Deum.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.
Quibus virtutibus veri cœli ciues ornati esse debeant, hic Psalmus subindicat.


Dis.



Tentoriis subter tuis



Quæso Deus, quis nam manebit?



Et montis in sancti iugis



Cum prolibus felix suis


Te.




Tentoriis subter tuis



Quæso Deus, quis nam manebit?




Et montis in sancti iugis



Cum prolibus felix suis

– – ∪ – – – ∪ – 1. 3. 4
– – ∪ – – – ∪ – – 2. 5.


Alt



Tentoriis ſubter tuis



Quæſo Deus, quiſnam manebit?




Et montis in ſancti iugis




Cum prolibus felix ſuis

Baſ.



Tentoriis ſubter tuis




Quæſo Deus, quis nam manebit?



Et montis in ſancti iugis



Cum prolibus felix ſuis



In pace securus sedebit?



In pace securus sedebit?

2 Hic, nempe qui culpa caret,
Sectator ardens æquitatis
In corde fraudem non habet,
Mendacium fari cauet,
Constans amator veritatis.
3 Ex ore mel qui non serit
Impostor arridente lingua,
Nec corde fel dirum gerit,
Et proximum non despicit
Iniuria ladens maligna.
4 Parui facit qui reprobos,
Et nil malorum pacta curat.
Omnes honorat qui bonos,
Et præstat inter candidos
Promissa, quæ seruare iurat.
5 Qui non per æris mutuum
Corradit vsuras auarus,
Corruptus & donis dolum
Non nectit insonti: locum
Talis Deo seruato carus.



Talis Deo seruato carus.



Talis Deo seruato carus.

PSALMVS XVI.

Conserua me Domine &c.

Dauid a Deo auxilium petens, fidem suam & non opera allegat, quæ coram Deo nulla esse affirmat, postea, se omnem abominari idololatriam, Deum summum bonum putare, testatur, preces suas exaudi tas esse penitus confidens. Quamobrem Deo gratias agit, certo sperans, se non solum Deum in his terris celebraturum, sed etiam post mortem lætitiæ & gaudii beatitudinis per Messiæ resurrectionis potentiam participē fore, de quo etiam clare vaticinatur, vt in secund. & tert. capite Actorum exponitur. Psalmus hic formula est credentium, qui in hac vita in precibus suis hæsitant.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.3

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 2.4.5.6.


Disc.




Seruum tuum ſerua pater DEVS,



In te quieſcit ſpiritus fidelis.



Dixi tibi, protector es meus,




Qui me tuis agrum leuas medelis.

Ten




Seruum tuum ſerua pater Deus.



In te quieſcit ſpiritus fidelis.




Dixi tibi, protector es meus,



Qui me tuis agrum leuas medelis.

Sed

Alt.



Seruum tuum ſerua pater Deus,



In te quieſcit ſpiritus fidelis.




Dixi tibi, protector es meus,




Qui me tuis agrum leuas medelis.


Baſ.




Seruum tuum ſerua pater Deus,




In te quieſcit ſpiritus fidelis.



Dixi tibi, protector es meus,




Qui me tuis agrum leuas medelis.




7 Sed nil tibi ditissimo meorum



Nil indigenti redditur bonorum.



Sed nil tibi ditissimo meorum



Nil indigenti redditur bonorum.


2 Saluabo sanctos orbis incolas
Quorum mihi cultus pii probantur,
In vana spes qui collocat suas
Idola, luctu perfidi domantur.
Non victimas fuso petam cruore,
Horum meo nec nomen est in ore.

3 Summum Deus solus bonum mihi
Hereditas iam factus est beata.
Tu portionem patrimonii
In sorte conseruas mei probata.
Hereditatis sorte pars amœna
Cessit mihi, cœli salus suprema.


4 Laus sit Deo qui recta me monet
Et passibus ducit bonis valentem.
Censura renum nocte me docet




Sed nil tibi ditissimo meorum



Nil indigenti redditur bonorum.



Sed nil tibi ditissimo meorum



Nil indigenti redditur bonorum.

Lecto super castigat & iacentem.
Iouam videns a dexteris, manebo,
Nec copia rerum satur carebo.
5 Lato virens hinc corde gestio,
Spe tuta defuncti caro iacebit.
Claudi sepulcri fauce nescio,
In Tartaro nec spiritus manebit.
Sanctum tuum, qui te studet timere,
Corruptionem non dabis videre.
6 Vitæ viam me Rector edoce,
Felix tuum qui lumen intuetur.
Sunt suauitates ante te bonæ,
Te gaudio coram thronus repletur.
Dextra voluptas in tua beatis
Nullo paternæ fine caritatis.

PSALMVS XVII.

Audi Deus iustitiam meam, &c.

Dauid in persecutione sua Deum inuocans magnam hostium suorum iracundiam cum innocentia sua comparat, interim tamen tales tentationes Deo volente accidere cognoscit, quib. vt exerceatur, per tales

Dis.

Iustas Deus supplex rogo

Cordis preces audi gementis,

Oris graues omni carentis

Ten.

Iustas Deus supplex rogo


Cordis preces audi gementis,

Oris graues omni carentis

afficitur homines. Itaque priusquam desperet, multo beatiorem se hostibus prædicat, propter fiduciam, quod tandem præsens Deum celebraturus sit. Psalmus est pro iis, quibus mala pro bonis redduntur.

– – ∪ – – – ∪ – 1.4.6.7
– – ∪ – – – ∪ – – 2.3.5.8.







Audi querelas & dolo.




Te iuste iudex æquitatis




Appello: causam tu meam,



Iniuria quantum feram,



Audi querelas & dolo.



Te iuste iudex æquitatis




Appello: causam tu meam,



Iniuria quantum feram,

Digno[s]




Audi querelas & dolo.



Te iuste iudex æquitatis



Appello: cauſam tu meam,



Iniuria quantum feram,




Audi querelas & dolo.




Te iuste iudex æquitatis



Appello: cauſam tu meam,



Iniuria quantum feram,



Dignoſce norma veritatis.




Dignoſce norma veritatis.

2 *In nocte cor ſera meum*
Cenſor ſciens examinaſti,
Ori meo pectus probaſti
Candore conſentaneum.
Mortalium nil dicta curo,
Verbis inhærens ſed tuis
Delicta latronum viis
Cum peſſimis odiſſe iuro.
3 *Greſſus meos tu dirige,*
In ſemita veſtigiorum
Ne ceſpitem plantis tuorum.
De labe purum viuere.
En lacrymas fundo calentes,
Prolem pater non deſpice,
Fletum dolentis reſpice,
Aures & inclina patentes.
4 *Saluator indulgentia*
Quali iuuas cunctos fideles,
Tali malos contra rebelles
Inſurgito clementia.

*Cen



Dignoſce norma veritatis



Dignoſce norma veritatis.


* *Ceu pupulam cuſtos ocelli*
Me diligens ladi caue,
Ala ſub vmbris & foue
Hanc corporis maſſam tenelli.
5 *Ex hoſtium me vinculis*
Hanc qui petunt vitam, ſolutum,
A cladibus defende tutum
Quaſo, malorum ſingulis.
Pingues tument laſciuiæ
Linguas & intendunt ſuperbi,
Vt me ſolo ſternant proterui,
Et fuſa rumpant ilia.
6 *Toruo leoni ſunt pares*
Ardore depredationis,
Viſu velut fœtus leonis
Rimantur ex antris acres.
Quare cito ſurgens atroces
Terra viciſſim ſternito,
Me liberans & perdito
Enſis tui tactu feroces.

7 Et de manus turbis tua
Exsolue me, cor & palatum
Implent quibus mundo dicatum
Vita voluptates sua.
Quos copia ditas salutis,
Ventrem saginas, & cibis,
Hereditatem posteris
Amplam relinquant vt secutis
8 Iusto tuos in lumine
Olim tamen vultus videbo,
Clarus, satur tandem virebo
Surgens tuo de numine.

Dis.




Te diligam dum viuo pro fauore
Scutum meum, cornu potens salutis,




O Ioua qui me roboras valore.
In te velut castris quiesco tutis.

Te.



Te diligam dum viuo pro fauore
Scutum meum, cornu potens salutis,



O Ioua, qui me roboras valore.
In te velut castris quiesco tutis.

Nam

Diligam te Domine &c.

Iucundus hic est Psalmus, quem Dauid cecinit, postquam in pace ipsum Deus constituisset, & victoriam aduersus Saul & omnes hostes ipsius concessisset. In fine de IESV CHRISTO vaticinatur.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 1.2 5 6.9.10
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 3.4.7.8.11.12

Alt.




Te diligam dum viuo pro fauore
Scutum meum, cornu potens salutis,




O Ioua qui me roboras valore.
In te velut castris quiesco tutis.


Bas.



Te diligam dum viuo pro fauore
Scutum meum, cornu potens salutis




O Ioua qui me roboras valore
In te velut castris quiesco tutis.


Nam petra fortis tu mihi Deus,
Te quando supplex inuoco Deum,
Arx, turris, & protector es meus,
Hostem fugas velociter meum.
Circumdabat me falce mors verenda,
Gurges stygis terrebat & stupenda,
Nam petra fortis tu mihi Deus,
Te quando supplex inuoco Deum,
Arx, turris, & protector es meus,
Hostem fugas velociter meum.
Circumdabat me falce mors verenda,
Gurges stygis terrebat & stupenda,



Nam petra fortis tu mihi Deus,
Te quando supplex inuoco Deum,




Arx, turris, & protector es meus.
Hostem fugas velociter meum.




Circumdabat me falce mors veernda,




Gurges stygis terrebat & stupenda,



Nam petra fortis tu mihi Deus,
Te quando supplex inuoco Deum,




Arx turris, & protector es meus,
Hostem fugas velociter meum.




Circundabat me falce mors verenda,




Gurges stygis terrebat & stupenda,




Fauces auerni me vorauerant,



Et compedes lethi ligauerant




Fauces Auerni me vorauerant,



Et compedes lethi ligauerant.


2 *His in malis ardenter inuocaui*
Patrem Deum, triſtatus & rogaui.
Templum querelæ tranſiit tonus,
Auditus implorantis eſt ſonus.
Cum montibus terrore terra mota
Exhorruit, nutauit atq; tota.
Orbis metu contabuit tremens,
Exarſit ira cum Deus fremens.
Fumi ſuis de naribus vapores
Spirabat & flammæ tetros calores.
Clari vorax ex ore fulguris
Prodibat ardor more fulminis.
3 *Deſcendit inclinans polum micantem,*
Vmbram pedum preſſit gradu nigrantem




Fauces auerni me vorauerant,



Et compedes lethi ligauerant.



Fauces auerni me vorauerant,



Et compedes lethi ligauerant.

Ales ſacer currus Deo fuit,
Alis celer ventus Deum tulit.
In nube fuſca conditus latebat,
Noctemq; ſub tentoriis habebat.
Splendore ſed diſcuſſa prauio
Caligo ceſſit lumini pio.
Fulgur procella grandinis furebat,
Sulphur Deus cœlo tonans pluebat.
Dirum ſonabat Ioua de polo,
Imber natabat turbinis ſolo.
Diſperſit ictu fulminis timentes
Et terruit flamma volantes gentes.
Tellus abyſſum rupta protulit.

Effusa venis vnda proruit,
Oris tui de spiritu frementi
Et narium feruore de frequenti.
Missa per altum me Deus manu
Eduxit imo fluctuum lacu.
Hostis grauis me liberauit æstu
Oforis & præfortiore fastu,
Luctu valebant qui super meo,
Rectore saluus sed fui Deo
5 *In tuta iam me Iuppiter locauit,*
Constans amoris fœdus & probauit,
Vitæ secundum continentiam
Dextræ repensans innocentiam.
Nam de via nunquam Dei recessi,
Illi repugnans non nefanda gessi.
Decreta legum semper intuens
Non reppuli contemtor impudens.
Virtutibus morum bonis studebam,
Pallere culpa criminis cauebam.
Dextra videns hanc innocentiam
Recti repensat conscientiam.
6 *Tu sanctus es sanctis: bonis probaris:*
Iustisq; iustus rite compararis.
In corde mundis mundus & manes,
Peruersus in contrarios ades.
Tu cordibus clemens faues remissis,
Semper superbis frontibus resistis.

Lampas

Lampas luterna me tua regit,
Qua noctis vmbram luce detegit.
Per te potens hostes domabo duros,
Saltuq; tecum transuolabo muros.
Erroribus calles Dei carent,
Et pura fraudem verba non habent.

* * * * * *

7 Defensor est fidelium paratus,
Quis prater hunc est alter aduocatus?
Nostro quis est par viribus Deo
Qui solus omni prastat altero?
Hic me sua virtute roborauit,
Rectam sequi me semitam vocauit,
Et prapetis cerui mihi leues
Excelsa scandenti dedit pedes,
Ad pralium ductam manum docebat,
Arcum reflecti brachio monebat.
Scutum salutis das mihi tua,
Me fortis armat pugna dextera.
8 Post disciplinam rursus eleuasti,
Et principali gloria beasti.
Plana facis me stare semita,
Ne crura turpi cespitent via.
Te fretus hostes insequar fugatos,
Diraq; sternam cede vulneratos.
Nec copias cessabo fundere,
Donec queam plantis retundere.
Vires mihi tu Martias dedisti,

Turbas rebelles opprimi tulisti.
Turpi feris contrarios fuga,
Osor manu victus cadit tua.

9 *Clamant quidem tutore non fruuntur,*
Auris Dei surdet, nec audiuntur.
Stratos ait, ceu puluerem teram,
Ventis via cœno pares seram.
De iurgiis rixaq; perfidorum
Me liberas in face perditorum.
Et principem me delegis tibi,
Ignota gens vt seruiat mihi.
Mandata plures aduena capessunt,
Vt subditi mendaciter facessunt.
Extraneorum filii gemunt,
Et vinculis capti suis tremunt.

* * * * *

10 *Viuit mea vindex Deus salutis,*
Quem posteri laudabo cum secutis.
Hunc prædicabo scilicet Deum,
Hostem mihi qui subiicit meum.
Me noxtis a cladibus tuetur,
Hoc vt caput sublimius leuetur.
Et me dolis protector eruit,
Quos vir mihi falso malus struit.
Ergo tibi grates supreme soluam
In gentibus te, Ioua laude tollam.
Læta canam te voce iubili,
Quod Regis auges gloriam tui.

51 *Illum salutis gratia coronas,*
Regni potentis ferre sceptra donas.
Vnctum beas Dauid Deus tuum
Æuo perenni semen & suum.

PSALMVS XIX.


Cœli enarrant gloriam Dei.

Per mirabile cœlorum creationis opus magnam Dei demonstrat potentiam, extollit, laudatque legem diuinam. Postremo orat Deum, vt a peccatis se custodiat, quo ei placere possit.

RATIO METRI

– – ∪ – ∪ – 1.2.3.4.5.6.7.8.10.11
– – ∪ – ∪ – – 9.12.

Dis.



Cœli Dei piam
Sic astra cum polo,



Cum laude gloriam
Quæ fecit in solo,




Regnantis indicant,
A nocte vindicant.

Ten.



Cœli Dei piam
Sic astra cum polo,



Cum laude gloriam
Quæ fecit in solo,




Regnantis indicant
A nocte vindicant.

Alt.



Cœli Dei piam
Sic aſtra cum polo,



Cum laude gloriam
Quæ fecit in ſolo,



Regnantis indicant,
A nocte vindicant

Ba.



Cœli Dei piam
Sic aſtra cum polo



Cum laude gloriam
Quæ fecit in ſolo



Regnantis indicant,
A nocte vindicant.



Alterna se dies
Sectatur indies,
Ordo Dei videtur.
Noctem secuta nox
Alterna se dies
Sectatur indies,
Ordo Dei videtur.
Noctem secuta nox



Alterna se dies



Sectatur indies,



Ordo Dei videtur.



Noctem secuta nox



Alterna se dies



Sectatur indies,



Ordo Dei videtur.



Noctem secuta nox




Auctoris atq; vox



Prudentiam fatetur.




Auctoris atq; vox



Prudentiam fatetur.

2 *Non lingua naſcitur,*
Gens nulla paſcitur
Hæc vera neſciens.
Cunctis patet locis
Quæ fama de polis
Inclaruit vigens.
Curſu globus fluit
Sphæra, citus ruit
Arcu ſinus rotundo.
Hic ſolis eſt nitens
Rerum domus, videns
Excelſa cum profundo.
3 *Prodeat in foro*
Hinc mane de toro


Spon-



Auctoris atq; vox



Prudentiam fatetur



Auctoris atq; vox



Prudentiam fatetur

Sponſus velut tener,
Vt currit amulus
Palmæ petens decus
Heros gradu celer,
Vna means die
Sol tranſitu via
Orbis volumen ambit,
Ardore nil caret
Quo fulgidus calet,
Et non operta lambit.
4 Iouæ ſerena lex
Cui mixta nulla fax
Mentes pie monet.

Promissa per sui
Verbi rudes frui
Prudentia docet.
Decreta iusta sunt,
Et corda mœniunt
In gaudio frequenter.
Præcepta prolucent,
Hæc ora quæ stupent
Illuminant decenter.
5 *Purus Dei timor*
Candoris est vigor,
Nec fine tollitur.
Iuris tenor boni
Nescit modos doli,
Nec fraude soluitur.
Auri probabilis
Non comparabilis
Cedunt ei valores,
Flores legens apis
Nec dat fauos magis
Cum melle dulciores.
6 *Inseruiens tibi*
O IOV A rex ibi
Fundatur & sapit.
Iussis fidelium
Cœleste præmium
Obtemperans capit.
Delicta quis notat,
Et nota computat
Quæ perpetrauit vnquam?

Culpæ mihi scelus
Dimitte mi Deus,
Occulta plecte nunquam.
7 Me cum proteruia
Ferri superbia
Seruum tuum caue,
Ne pestis hæc meum
Cor saucians reum
Contaminet graue.
Faciris vt mei
Sermo placens tibi
Te prædicet potenter.
Nec te maligna mens
Aduersa sentiens
Offendat insolenter.


PSALMVS XX.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

Cum populus Regem suum in periculosam videret proficisci militiam, Deo iuuocato, mox quasi victoriæ certissimus gratias agit. Psalmus hic in christianam Ecclesiam apte quadrat, quæ vndique ab incredulis principibus premitur.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.3.5.7.
– – ∪ – ∪ – 2,4.
– – ∪ – ∪ – – 6.8.


Dis.



Exaudiat te Ioua pressum



Hora periculi,




Et protegat mœrore fessum



Nomen Iacob Dei.


Te.




Exaudiat te Ioua pressum



Horā periculi,




Et protegat mœrore fessum




Nomen Iacob Dei.

Exede


Alt.




Exaudiat te Ioua pressum



Hora periculi,




Et protegat mœrore fessum



Nomen Iacob Dei.

Bas.




Exaudiat te Ioua pressum



Hora periculi,



Et protegat mœrore fessum



Nomen Iacob Dei.



Ex ade ſanctorum ſacrata



Mittens opem vocanti,



Turri Sionis de beata.



Robur ferat roganti.



Ex ade ſanctorum ſacrata




Mittens opem vocanti,



Turri Sionis de beata




Robur ferat roganti.



Ex ade ſanctorum ſacrata




Mittens opem vocanti,




Turri Sionis de beata



Robur ferat roganti.




Ex ade ſanctorum ſacrata



Mittens opem vocanti,



Turri Sionis de beata



Robur ferat roganti

2 Non immemor quod consecrasti
Sit muneris tui,
Flammis in ara quæ cremasti
Accepta sint ei.
Quæ corde speras aut precaris
Non deneget petenti,
Votiq; compos vt fruaris
Concedat indigenti.
3 Det Iona fatis vt secundis
Optata floreant,
Per nomen eius cum triumphis
Vexilla prodeant.
Vnctum Deus Regem salutis
Iam cerno firmat auctor,
Dextra poli, curis solutis,
Seruans ab axe fautor.
4 Fidunt aquis illi frementes
Rhedisq; pluribus,
Sed per Dei nomen potentes
Nos vindicis sumus.
Ergo sua virtute freti
Fugere dissipati,
Nos in Deo victore lati
Stamus, nec hoste strati.
5 Præsta pater nos vt querentes
Rex audiat probus,
Succurrat afflictis, clientes
Defendat & bonus.

PSALMVS XXI.


Domine in virtute tua lætabitur Rex, &c.

Dauid sub persona populi pro beneficio Deo gratias agit, & quidem vero haud dissimile, quod, cum hostes suos insequeretur, quos iam ex parte trucidauerat, Psalmum hunc cecinerit, quanquā quidam ad victoriam omni ex parte consecutam referant, de qua 10. capit. Samuelis dicitur, & Psalmus hic præcedenti respondet.

– – ∪ – – – ∪ – 1.4.

– – ∪ – ∪ – – 2.3.

– – ∪ – ∪ – 5.6.




Virtute liberatus,
O Iouate beatus
Gaudebit & mirabitur
Vires pater tuas,
Virtute liberatus
O Iouate beatus
Gaudebit & mirabitur
Vires pater tuas,


Virtute liberatus,
O Ioua te beatus
Gaudebit & mirabitur
Vires pater tuas,
Virtute liberatus
O Ioua te beatus
Gaudebit & mirabitur
Vires pater tuas,



Illum quibus iuuas



Illum quibus iuuas.

2 Natum benignus respicis,
Quacunq; te rogauit
Præsenter impetrauit.
Nunquam gementem despicis,
Auditur & prius
Quam clamet anxius.

3 Donis petentem præuenis
Saluator ante fletum,
Et gratia repletum
Auro coronans eligis,
Regni dato tui
Sceptro iubes frui.

4 Multos sibi vita dies
Sano dari volebat,
Ætatis obtinebat
Annos diu durabiles,
Et lustra cum suis
Æterna seculis.

5 Illustris eius gloria
Præconiis abundat,
Per te data triumphat



Illum quibus iuuas.



Illum quibus iuuas,

Excelſus in victoria.
Virtus, honor ſua
Clarent potentia.
6 *Summa ſalutis copia*
Tu proſperas valentem,
Penuria carentem.
Et grata donans otia,
Vultus ſacris tui
Das gaudiis frui.
7 *Rex in Deo ſpem nobilis*
Auctore collocauit,
Quem fidus inuocauit
Hinc ſemper eſt immobilis,
Duratq; patria
In flore gratia.
8 *Hoſtes manus tandem tua*
Vltrix ſuos prehendet,
Illis ſcelus rependet.
Iniuria qui te ſua
Odere dextera
Ictu cadent tua.
9 *Ardentis illos igneo*

Fumi foco cremabis,
Flammaq; deuorabis
Æstu flagrans iræ fero:
Sic exitus graues
Fumis habent pares.
10 *Stirps impiorum de solo*
Auulsa disperibit,
Et semen interibit.
Tot a nepotes cum domo
Radicitus cadent,
In plebe non manent.
11 *Diris nefandos nam tibi*
Ausis dolos struebant:
Inferre vim studebant.
Conatibus sed frmoli
Vanis dabant suæ
Panas proteruiæ.
12 *Fractis tibi contrarios*
Tu viribus repelles,
Vt terga dent rebelles.
Et neruus aduersarios
Telis tuus petet,
Vultumq; conteret.
13 *Exsurge vires & tuas*
Ostende, OVA, genti
Non te Deum timenti,
Laudes tibi sic debitas
Cantabimus piis
O Summe, iubilis.


PSALMVS XXII.

DEVS DEVS meus respice in me &c.

Vaticinium est de Iesu Christo, in quo Dauid contumelioſam humiliationem & contē: tum, in quē ſe coniecerat, deſcribit. Deinde exaltationē & dilationem ipſius regni vſq; ad finem mundi, & quod in perpetuum ſit duraturum, addit.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.2.3.
– ∪ ∪ – – 4.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 5.6.7.
– – ∪ – 8.






Saluator & non eripis Deus



Aures negans præbere fletibus



Quando gemebam?




Te mane luctu plenus expetebam,



Saluator & non eripis Deus




Aures negans præbere fletibus



Quando gemebam?




Te mane luctu plenus expetebam,




Saluator & non eripis Deus




Aures negans præbere fletibus




Quando gemebam?



Te mane luctu plenus expetebam,



Saluator & non eripis Deus



Aures negans præbere fletibus




Quando gemebam?



Te mane luctu plenus expetebam,




Nec verba respondentis audiebam,




Et lacrymis in nocte non silebam



Ardentibus.



Nec verba respondentis audiebam,



Et lacrymis in nocte non silebam



Ardentibus.

2 *Tu sanctus es: sceptris potentibus*
Rex Isaci laudâre gentibus,
Te prædicent hymnis decentibus
Turba piorum.
In te patrum confisa spes priorum
Durauit in cura graui dolorum,
Quos liberasti tristibus malorum
Ex vinculis.




Nec verba respondentis audiebam,



Et lacrymis in nocte non silebam




Ardentibus.



Nec verba respondentis audiebam,



Et lacrymis in nocte non silebam



Ardentibus.

3 *Horis preces & vota singulis*
Ex cordibus constanter intimis
Tu IOVA fundentes periculis
Cunctis leuasti,
Sum non homo, sed vermis vt probasti
Ludibrium me proximis parasti,
Ridere plebis me gregem notasti
Contrarium.
4 *Qui me vident tanquam nefarium*
Spernunt, caput rugisq; narium
Altis mouent, malas & orium
Laxant patentes.

Hic in Deo confidit, inquientes,
An diligens illum iuuet, videntes
Mirabimur si sic eum timentes
Curet Deus.

Ex matris aluo conditor meus
Quam duceres me paruulum prius,
Cuspes eras lactentis vnicus
Ingens minoris,
Lucem videns, terraq; natus oris
Mortalis in primæ die laboris
Proiectus in te sum: tui fauoris
Sortem tuli.

Ne deseras me numinis tui
Præsentia: iam mortis obrui
Angor metu non alio frui
Tutore spero.
Fastu boues circumdatum seuero
In meruunt pingues: furore vero
Tauri minantur, nunc quis ergo, quæro,
Vindex erit?

Tanquam leo qui dentibus fremit,
Rugiens prædam dari petit,
Fauces apertas turba sic gerit
In me malorum.
Lympha luctu[illegible] dolorum
Est artuum diuulsa vis meorum:
Ex sangue cor viscera præ calorum
Æstu fluit.
Ceu testa virtus carnis aruit,
Nec lingua fauci fixa paruit

In puluerem me vertis, auffugit
Qui mortis hora.
Circumdedit me vis canum sonora,
Et secta vulgi cinxit indecora.
Fodêre palmas & pedes nec ora
Plagis carent.

* * * *
*

9 *Hæc ossa cerni cuncta iam valent,*
Toruis Tyranni vultibus calent.
Lugente me læti iocis scatent
Blasphemiarum.
Partitionem vestium mearum
Fecere, propter palliumq; carum
Lusere missa sorte thesserarum,
Ne scinderent.
10 *At te preces plorantis impetrent*
Ne sis procul; me IOVA vindicent
Vires tuæ, cui mortis insident
Aræ dolores.
Sicarii vitam meam Thrasones
Ferro veta ne deleant latrones,
Aut vnicam morsu meam feroces
Perdant canes.
11 *Rictus leonum frangito truces,*
His erui me quæso tu iuues,
Fac vnicornis fronte liberes
Custos vocatus.
Nomen tuum tunc prædicabo gratus,

Inter meos fratres loco senatus
In publico laudes canam paratus
Praco tuas.

* * * * * *

12 *Laudes pii dicant Deo sacras,*
Et gloriam semen Iacob canas.
Huic seruiens grex Isaci pias
Submitte mentes.
Nam pauperes non despicit clientes
Vultus nec auertit bonis videntes,
Clamant vbi mœroribus gementes
Audit lubens.
13 *Ergo Deum laudabo te colens*
Coram choro, qui te timet stupens.
Votumq; soluam debitum volens
Cordis sereni,
Tunc cœlicas sument dapes egeni,
Grates Deo dicent salute pleni:
Cor viuet auo candidum perenni
Credentium.
14 *Omni colet terra sedentium*
Conuersa Iouam mens potentium,
Et natio subiecta gentium
Illum timebit.
Nam summus est rex, summus & manebit.
Eius potestas cuncta praualebit,
Et sceptra dux in gentibus tenebit
Pranobilis.

15 *Pingue*


15 *Pingues referti dulcibus cibis*
Cum languidis, quos iam manet cinis,
Te nunc honorabunt situ nimis
Iouam grauati.
Te supplices flexo genuq; strati
Cum posteris & cum nepote grati
Fama celebrabunt, tuis dicati
Praconiis.
16 *Et semen illorum propaginis*
Cantabit aqui gesta numinis,
Eiusq; laus aterna nominis
Orbem replebit.

PSALMVS XXIII.


Dominus regit me, nihil mihi deerit &c.

Felicitatem suam describens, certissima se consolatur fiducia, quod Deus, a quo est, in ea se conseruaturus. & posthac similem concessurus sit.


– ∪∪ – – – ∪ – ∪ – –

Dis. 


Me Dominus pastor regit polorum,




Deficiet iam nil mihi bonorum.




In viridi me pascit ille prato,



Prabet aquam dulcem meo palato.

Te. 


Me Dominus pastor regit polorum,



Deficiet iam nil mihi bonorum.




In viridi me pascit ille prato,




Prabet aquam dulcem meo palato.


Alt.




Me Dominus pastor regit polorum,



Deficiet iam nil mihi bonorum.



In viridi me pascit ille prato,




Prabet aquam dulcem meo palato.


Bal.




Me Dominus pastor regit polorum,




Deficiet iam nil mihi bonorum.




In viridi me pascit ille prato,



Prabet aquam dulcem meo palato.




2 *In media ſi valle mortis ibo,*
Nec tamen in tali metu peribo.
Me quoniam præſens vbiq; ſeruas,
Et baculo ductum tuo gubernas.
Ante meos hoſtes vbiq; denſam
Stare facis potu ciboq; menſam.
3 *Hoc oleo tinctum caput perungis,*
Et calicem plenum liquore fundis.
Me bonitas dextra tua fouebit
Incolumem dum terra ſuſtinebit.
Perpetuum ſpero mihi licere
Poſſe Dei ſanctam domum videre.




Hic animæ propter ſuum medetur



Nomen, & in recta via tuetur.



Hic animæ propter ſuum medetur



Nomen, & in recta via tuetur.

PSALMVS XXIV.

Domini eſt terra & plenitudo eius, &c.

Dauid Pſalmum hunc componens voluit vt, cantaretur, ſi arca, in qua Deitas habitabat in templum, quod Salomõ exſtruere debebat, portaretur.

– – ∪ – – – ∪ –	1.2.4.5.
– – ∪ – – – ∪ – –	3.6.


Dis.



Terram Deus factor tenet,



Et quicquid orbis continet




In machina mundi creatum,




Fundauit in vasto mari.

Tc.



Terram Deus factor tenet,



Et quicquid orbis continet




In machina mundi creatum,



Fundauit in vasto mari.

Vnda

Alt.



Terram Deus factor tenet,
Et quicquid orbis continet
In machina mundi creatum,
Fundauit in vasto mari.

Bas.


Terram Deus factor tenet,
Et quicquid orbis continet
In machina mundi creatum,
Fundauit in vasto mari.



Vnda ſolum meta pari



Circumfluentis limitatum.




Vnda ſolum meta pari




Circumfluentis limitatum.

2 Quisnam Dei viuentium
Aſcendet in montem Sion
Eius decori conſecratum?
Puras manus & cor gerens
Qui dogma vanum non ferens
Periurii vetat reatum.
3 Illum creator patria
Ditabit auctum gratia,
Saluator & iuſtum fouebit.
Hæc eſt Iacobi ſtirps pia,
Ingreſſa recti qua via
Vultum Dei quærens videbit.
4 Porta caput nunc tollite,
Portas perennes ſoluite,



Vnda ſolum meta pari



Circumfluentis limitatum.



Vnda ſolum meta pari



Circumfluentis limitatum.

Incedat vt rex gloriarum.
Rex ille laudum quis? Deus
Eſt Ioua, dux fortiſſimus
In prœlio victoriarum.
Iam clauſtra portæ ſoluite,
Portas perennes tollite,
Incedat vt Rex hic triumphans.
Rex ille quis? Sanctiſſimus
Eſt Ioua virtutum Deus,
Hic gloriæ Rex eſt abundans.


PSALMVS XXV.

Ad te Domine leuaui animam.
Homo peccatis oneratus,& a ſceleratis hoſti


bus ſuis afflictus, in hoc Pſalmo primum pro ſe ipſo, deinde ſi genere, & populo orat.

– ∪ – – – ∪ – – 1.3.6.8.
– – – ∪ ∪ – – 2,4,
– ∪ – – – ∪ – 5.7.


Diſ.



Cor meum ſperans leuaui
Ne pudeſiam rogaui




Ad te ſumme Deorum,
Cum conſorte reorum.



Turpiter nunquam rubent,

Te.



Cor meum ſperans leuaui
Ne pudeſiam rogaui



Ad te ſumme Deorum,
Cum conſorte reorum.



Turpiter nunquam rubent,



Alt.

Cor meum ſperans leuaui
Ne pudeſiam rogaui

Ad te ſumme Deorum
Cum conſorte reorum,


Turpiter nunquam rubent,

Baſ.


Cor meum ſperans leuaui
Ne pudeſiam rogaui

Ad te ſumme Deorum,
Cum conſorte reorum.


Turpiter nunquam rubent,




Qui tibi ſidunt amico,




Liuidos ſed qui tument




Ore confundas iniquo.



Qui tibi ſidunt amico,




Liuidos ſed qui tument



Ore confundas iniquo.

2 *Semitam rectam viarum*
Me ſeruare doceto,
Et bonos calles tuarum
His intrare iubeto.
Eſto dux quæſo mihi
In tuo verbo manenti,
Me DEVS credo tibi,
Fac opem mittas iacenti.



3 *Immemor prisci fauoris*
Ne sis o miserator,
Gratiam clemens amoris
Æterni meditator.
Et iuuentutis mea,
Parce delictis misertus,
Semper indulgentia
Sim tua, mi loua certus.

4 Est Deus mitis probata
Et plenus bonitatis,
In viam sontes amata
Qui ducit pietatis.
Deuios iustis monet
In statutis ambulare,
Pauperes nunquam docet
Legis ex pacto meare.
5 In Deo cum veritate
Indulgentia claret,
Eius ardens æquitate
Si normis homo paret.
Nominis propter tui
O Deus, laudes, reatum
Criminis dele mei
Me super valde grauatum.
6 Qui timens IOVAM Tonantem
Eius numen honorat,
In via vitæ morantem
Conducet, velut orat.
Pace securus bona
Hic opes multas habebit,
Atq; diues cum sua
Prole terram possidebit.
7 Qui Deum grati verentur,
His arcana reuelat.
Fœdus & sacrum docentur,
Nec mysteria celat.
In Deo spes est mihi

Qui fidelis me beabit,
Hostis & de perfidi
Cassę plantas explicabit.
8 *Euge conuersus creator*
Me defende clientem,
Vindicato prosperator
Iam tutoris egentem.
Cordis ingens est dolor,
Qui fatigat me labantem.
Cum procellis & furor
Iam freti mergit natantem.
9 *Hanc videns cladem gementis*
Qua luctor tribulatus,
Deme noxam pœnitentis
Vt causam cruciatus.
Dira cernis quod mihi
Hostium turba minantur,
Qui meam nunc inuidi
In necem confœderantur.
10 *Spiritum serua nec angi*
Me concede pudoris
In nota, mentemq; frangi
Fœda labe ruboris.
Simplicem sed me Deus,
Qui tibi fidit, juuator
Isaci carum genus
Sorte dura liberato.

PSALMVS XXVI. *Iudica me Domine.*

In conspectu hostiũ suorũ de bona sua testatur conscientia, & Deo, in seruitutem ipsi se

dedit, quem etiã orat, vt se tueatur, quoniam grauissimas pœnas, quibus impia Deo afficientur, animaduertit. Psalmus est pro illis, qui inter idololatricos & impios homines, afflictionem & persecutionem patiuntur.

Dis. *Me iudica Deus,*

Non sum mali reus.

Nam criminis culpa carens

Spe fortior silebam.

Te *Me iudica Deus,*


Non sum mali reus.

Nam criminis culpa carens


Spe fortior silebam.


– – ∪ – ∪ – 1. 2.
– – ∪ – – – ∪ – 3. 6.
– – ∪ – ∪ – – 4. 5.

Alt.



Baſ.





2 *Me simplicem proba*
Et lance pondera
Iusti valoris conscium.
Examinato renes,
Cordis require sedes,
Non improbabis cognitum.
3 *Vultus mei vident*
Et mente continent
Qualis Dei sit lenitas,
Vita meis in actis
Monstrat magistra factis
Diuina callem veritas.
4 *Mendacii viros*
Facisq; frivolos




Hinc ergo non timebam



Ne perderer lapſu cadens



Hinc ergo non timebam



Ne perderer lapſu cadens.

Deteſtor omnes infima,
Nequam dolis ſtudentes
Et fraudibus nocentes
Candore vito ſimplice.
5 *Os qui duplex gerunt,*
Sub melle fel tegunt,
Odi notans infamia,
Abdico prauitatem,
Proſcribo vanitatem,
Non approbans inſania.
6 *Sic innocentia*
Et continentia
Lauimanus inſons meas,

Te seruiens adoro,
Præconio honoro,
Aras sacris orno tuas.
7 Grates pias tibi
Dicam Deus tibi
In iubilis & cantibus,
Miraculis tuorum
Exsulto brachiorum
Et glorior præstantibus.
8 Templi domus tui
Cordis quies mei
Me sancta delectat satis,
Sedem tui decoris
Et victimas honoris
Quam res soli quæro magis.
9 Ah parce, virium
In carne spiritum
Non cum malignis corrige,
Vitamque pœnitentis
Cum sanguinum cruentis
Fusoribus nec corripe.
10 Technas struunt bonis
Multis mali modis,
Damno lucrantur proximi.
Per dona crimen audent,
Corruptione gaudent,
Quæstu nefando noxii.
11 Verax & innocens
Virtutibus studens

Candoris incedam via.
Iniuria carebo,
A turpibus cauebo
Tu me misertus liberæ.
Recte mei leuis
Iam planta stat pedis,
Non errat imprudentia.
Te Ioua laude tollam,
Grates videnti soluam
Ecclesia præsentia.

PSALMVS XXVII.

Dominus illuminatio mea & salus mea, &c.

Dauid ex multis periculis liberatus, potenter in bonitate Dei confidit, ad quem precationem suam summorum periculorum enumeratione dirigit, ea fiducia, se exaudiri

– ⏑ – – ⏑ – ⏑ – –
– – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ –
. . . .

I. 3.
2.4.5.6.7.8

Dis.




Illuminat me luce veritatis
Eius tegit me cura caritatis,



Vita mea custos & est DEVS,
Cuius mali me terreat metus?



Si quando causam prater impii



In me ruunt hostes atrociter,


Te.



Illuminat me luce veritatis
Eius tegit me cura caritatis,



Vita mea custos & est DEVS
Cuius mali me terreat metus?




Si quando causam prater impii



In me ruunt hostes atrociter,

Alt.


Illuminat me luce veritatis
Eius tegit me cura caritatis,
Vita mea custos & est Deus,
Cuius mali me terreat metus?
Si quando causam prater impii
In me ruunt hostes atrociter,

Bas.

Illumina t me luce veritatis
Eius tegit me cura caritatis,
Vita mea custos & est Deus,
Cuius mali me terreat metus?
Si quando causam prater impii
In me ruunt hostes atrociter,



Vt me vorent viuum ferociter,



Lapſu retro vertuntur improbi.



Vt me vorent viuum ferociter



Lapſu retro vertuntur improbi.


2 *Exercitus me militum frequentes*
Circumdatum turbare non valent.
Si captus hoſtes incidam frementes,
Ius in Deo fidente non habent.
Eſt vnicum, deuotus a Deo
Quod poſtulaui, emper & volo,
Eius manens vt ſeruus in domo
Sim, donec hac in carne vixero.
3 *Vt ſanctitatis gloriam decentem*
Spectare cultus & queam pios,
Templique ſtructuram ſacri patentem
Aris honores atque debitos.
Nam temporis duriſſimi fuga
Tentoriis me condit in ſuis,
Tutiſq; clam cuſtodit angulis,
Et rupe ſaluum tollit ardua



Vt me vorent viuum ferociter,



Lapsu retro vertuntur improbi.



Vt me vorent viuum ferociter,



Lapsu retro vertuntur improbi.

* * * * *

Hostes super frontem meam leuabit
Qui persequuntur Marte me fero,
Ex hostiis hinc pinguis ara stabit,
Latisq; gratus iubilis ero.
Cum te malis afflictus inuoco,
Audi benignus quaso flebilem.
Serua misertus Iouа debilem,
Aures apertas admoue rogo.
℣ Hac verba de te cor meum reuoluit,
Vultum meum sperando quarite.
Omni fideles qui dolore soluit,
Vultum tuum sic quaro, te sine
Exspiro: non auerte lumina,
Seruum nec ira me tuum flagrans

Proscribe: dextram, quaso, me iuuans
Ne detrahas per sancta numina.
5 Cum patre ⌣ mater me relinquit orbum,
Sed Ioua me suscepit aduenam.
Hostem vias propter doceto torvum
Me veritatis rector assecla.
Oso ribus non trade me meis,
Ne rideant stratum superbia.
Nam turba mendax cum proteruia
Iniuriis me mordet asperis.
7 Si spem meo non hanc sinu tulissem,
Visa Dei me gratia frui,
Dudum metu letho datus fuissem,
Vita resurgent luce mortui.
Ergo fidelis quisquis es mane*

Dis.




Quando preces ex corde fundo



Ad te Deus, pectus q3 tundo

Te.



Quando preces ex corde fundo



Ad te Deus, pectus q3 tundo,

Exaudien

* *Iouam virili corde ſuſpice.*
Et fortiter credendo ſuſtine,
Illi vacans ne decidas cauę.


PSALMVS XXVIII.


Ad te Deus clamabo, &c.

Propheta ad iram commotus, quia Deum ab impiis contumelia affici videt, vt conſortia eorum vitare poſſit, orat, lacrymas contra eos fundit, deinde ſe cōſolatur, quod Deus preces exaudiuerit, cui etiam omnes credentes commendat.

– – ∪ – – – ∪ – –
– – ∪ – – – ∪ –

1. 2. 3. 4.
5. 6.








2 Supplex manus quando leuabo,
Et te gemens deſiderabo,
Cum te patrem templum colendo*


Ora




Exaudiens quæso tacenti




Vultu respondenon tacenti,



Ne dum siles par gentibus




In busta sim labentibus,




Exaudiens quæso iacenti



Vultu respondenon tacenti,



Ne dum siles par gentibus



In busta sim labentibus.

Orabo, da quæ posco flendo:
Non cum malis me perdito,
Cum reprobis nec sternito.

3 *Mel lingua promit, verba lactis,*
Fel cordis est ingens in actis.
Mercede noxam tu repende,
Qui nihil boni præstant, prehende.
Iræ furorem per tua
Dextra metant semen sua.
4 *Numen Dei nam non verentur,*
Gestis Dei nunquam mouentur.
Sed negligunt virtute mira
Quæ fecit, ergo clade dira
Obstabit illis ne struant,
Radicitus sed corruant.
5 *Laus sit Deo cœlum regenti,*
Qui fert opem clemens petenti:
Turris mihi rex ille fortis
Et petra frangens tela mortis,
Securus in qua gaudeo,
Cantare felix audeo.
6 *Robur Deus gentis probatæ*
Vnctum sibi pro caritate
Confirmat augusta corona;
Pastor gregi sacrata dona
Hereditatis pabula.
Per cuncta serua secula.

PSALMVS XXIX.


Afferte Domino filij DEI, &c.


Insignis hic Psalmus, in quo Dauid diuinam maiestatem per fulgura & procellas, quæ omnes terrent creaturas, describit, licet interim sit beneficus & misericors. Psalmus

hic ad laudes Dei adhortatur, si per eiusmodi terrores admoneamur.

– – ∪ – ∪ – – 1.2.
– ∪ – ∪ – ∪ – 3.4.
– – – ∪ – ∪ – – 5.6 7.8.




Ferte gloriam Deo,
Nomini decus suo.
Exaltate vim stupendæ
Maiestatis & verendæ,
Hunc orate procidentes
Ferte gloriam Deo,
Nomini decus suo
Exaltate vim stupendæ
Maiestatis & verendæ,
Hunc orate procidentes


Ferte gloriam Deo,
Nomini decus suo.
Exaltate vim stupendæ,
Maiestatis & verendæ
Hunc orate procidentes
Ferte gloriam Deo,
Nomini decus suo.
Exaltate vim stupendæ
Maiestatis & verendæ,
Hunc orate procidentes



In ſanctis eum colentes.



In ſanctis eum colentes.

2 *Diuina vox per vndas*
Iouæ ſonat profundas,
Gloriæ Deus tonat,
Per maris fretum volat
Ingens vox Dei frementis,
Virtutem docet regentis.
Famæ vox Dei triumphat,
Et miraculis abundat.
3 *Diuina vox repellit*
Cedros, humiq; vellit.
Deſtruit cedros iugis
Maximas in arduis:
Dat ſaltare geſtientes
Cedros vt boues recentes,
Mota Libbaniq; parte
Saltant vnicornis arte.
4 *Dat vox Dei vapores,*
Flammis vomit calores,
Inuios quatit ſitus.
Terret in Cades ſinus,
Et vocis Dei per ortum
*Cerua procreant abortum:**

* *Syluas*



In ſanctis eum colentes



In ſanctis eum colentes,
**Syluas vox Dei virentes*
Denudat comis carentes.
Laus eius, vt meretur,
Templum replens canetur.
Gloriam potentiæ
Grex canet frequentiæ.
Cœlum præparauit vndis,
Vt mergat ſolum profundis.
Sceptris ille præualebit,
Rex æternus & manebit.
Donabit ille genti
Robur ſuæ perenti,
Pacis atq; commoda
Largietur omnia.

PSALMVS XXX.

Exaltabo te Domine, &c.

Gratias agit Deo, quod a morte liberatus ſit, oēs adhortatur fideles, vt idem faciant, & ſuo exemplo admoniti, diſcant Deū magis miſericordia, quā iure cum ſuis procedere. Deinde redit ad precationes, addito voto, quod verbum Dei in perpetuū cantaturus ſit. Pſalmus hic poſt crucis correctionem laudandi Deum forma eſt.

– – ∪ – – – ∪ – 1.2.3.4.
– – ∪ – – – ∪ – – 5.6.

Dis.



Te gloria tollam Deus,



Susceptor es nam tu meus.



Tu me triumphis erigis,



Et gloriari non finis

Ten.



Te gloria tollam Deus,



Susceptor es nam tu meus.



Tu me triumphis erigis,



Et gloriari non finis

Hostes


Al.



Te gloria tollam Deus



Susceptor es nam tu meus.




Tu me triumphis erigis,




Et gloriari non finis

Bas.



Te gloria tollam Deus




Susceptor es nam tu meus



Tu me triumphis erigis



Et gloriari non finis




Hoſtes ſuper languore victum,



Omni velut ſpe derelictum.



Hoſtes ſuper languore victum,



Omni velut ſpe derelictum.

2 Te cum laborans poſcerem,
Mox reddidiſti ſoſpitem.
Tumba propinquum carceri
Gurges manebat Tartari,
Erepta per te vita morti
Sed fauce me ſoluebat orci.
3 Laudate Iouam qui ſua
Gaudetis aucti copia,
Grates ei perſoluite,
Et ſanctitatem tollite,
Cuius breuis vitam volentis
ſtira, momento frementis.
4 Sed ſine nullo gratia
Diuina dat ſolatia.
Luctu grauatus veſperi*



Hoſtes ſuper languore victum,



Omni velut ſpe derelictum.



Hoſtes ſuper languore victum,



Omni velut ſpe derelictum.

* *Triſtor ſub alis heſperi,*
Poſt noctis vmbram nubilorum
Phabus diem fert iubilorum.
Rebus ſecundis florui
Curis & angi nolui.
Nunquam mouebar credere,
Fato ſalutem cedere.
Nam montis inſtar non fugandi
Me roboras virtute grandi.
Vultum ſed auertens Deus
Es viſus hoſtis cum meus,
Terrore plorans & tremens
Sic inuocabam te gemens.
Quis ſanguinis reſtabit vſus

Nostri, cadet cum morte fusus?
7 Consors ego pulvis soli
Laudabo te regem poli?
Praeco tuam demum fidem
Narrabo? sed placabilem
Te Iova iam viuens adoro,
Me quaeso sana cum laboro.
8 Moeror choreis nunc meus
Mutatus est: Lethi Deus
Saccum mihi tu detrahis,
Plausuq; cingi me facis,
Laudes tuas hinc praedicabo,
Te gratus aternum sonabo.

PSALMVS XXXI.

In te Domine sperani, &c.

Dauid in deserto Maon a Saule vndiq, circũdatus, quemadmodum in lib. 1, Samuel. ca 23. exstat, viuis quasi coloribus credentiũ cruciatus ceu motus maris depingit. Quã ob causam in principio quater vel quinquies clamat, extremum in quo versatur periculum indicans. Deinde rursus hostibus suis imprecatur. Postremo bonitate DEI se erigit, addita adhortatione, vt omnes fideles se sequantur. Psalmus est consolatorius in magnis afflictionibus.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.4
– ∪ ∪ – – – 2.3.
– – ∪ – ∪ – – 5.6

Dis. In te DEVS spem collocaui

Tempus in æternum,

Ten In te DEVS spem collocaui

Tempus in æternum,

Alt. In te Deus spem collocaui


Tempus in æternum,

Bas. In te Deus spem collocaui


Tempus in æternum




2 *Aures mihi præbe patentes.*
*Et miſerum curis**




Per ſcelus internum



Confundar vt nunquam rogaui.




Tu patrio fauore



Me libera dolore.




Per ſcelus internum



Confundar vt nunquam, rogaui.



Tu patrio fauore



Me libera dolore.

* *Abſq; mora duris*
vſolue, vires per potentes.

Portisque petra tutis
Esto mihi salutis.
3 *Arx vasta, turris tu probata,*
Cum valido muro
Es mihi securo.
Me per tuum nomen parata
Ex casse liberato,
Protector es beato,
4 *Hunc spiritum commendo cælis*
Iouæ tuæ dextræ,
Verus es, & recte
Tu me redemisti fidelis.
Qui vana quarit odi,
Fidam Deoq; soli.

* * *
* * *

5 *Saltabo plenus gaudiorum,*
Me, tua, qua fulcis
Est bonitas dulcis,
Luctu leuas omni malorum
Vitam meam misertus
Et gratia refertus.
6 *Hostis manu nunquam Tyranni*
Me finis includi
Et reprobis ludi.
Coram gregis turba nefandi
Per semitas apertas
Gressus meos gubernas.
7 *In me pater mite sce natum,*

Nam

Nam miſer ærumnis
Excrucior ſummis,
Formæ decus languet negatum,
Mens ſemper ægra mœret,
Torpore venter hæret.
8 Ætas nimis vitæ ſeneſcit,
Corporis & vires
Deficiant vires.
Cordis mei virtus hebeſcit,
Mœroris atq; tacta
Sunt oſſa tabe fracta.

* * *
* * *

9 Rident propinqui me ſcientes,
Fabulæ vicinis
Sum leuis infidis.
Qui per plateas me videntes
Fugere, nec ſalutant,
Cum mente verba mutant.
10 Obliuio tanquam ſepultus
Immemori trador,
Ludibriis rador.
Senſu velut demente ſtultus.
Vt teſta fracta ſpernor,
Per ſcomma turpe ſternor.
11 In fraude conſpirant minaci
Vt nece me tollant,
Hanc animam ſoluant.
Fiducia ſed pertinaci
Te magne Ioua quæro,

Per te valere ſpero.
Vitæ tuis finem ſtatutum
Temporis & metas
In manibus frenas,
Non hoſtibus me trade tutum,
Vt me mali trucident,
Auraq; luce priuent.
Vultus tuos illuminato,
Me ſuper abiectum
Et famulum rectum.
Opprobriis tu vindicato
Infamia volantis
Te nomen inuocantis.
Confunde turbas impiorum
Vt ſileant, putri
In ſtyge ſint muti.
Qui corda Sarcaſmo bonorum
Rident ſuo ſuperbi,
Iniuria proterui.
Quantam ſalutem te timenti
O Deus abſcondis,
Et ſuper infundis?
Quantum fauorem tu clienti
Tutor palam fideli
Præſtas ab axe cœli?
Faſtu fero mundi ſolutos
In latebris iuſtos
Tu retines cuſtos,

Abſcondis & ſub caſtra tutos.
Ne criminando linguis
Lædantur a malignis.
17 *Laus ſit Deo, diuinitatꝫ*
Cuius ego fretus
Protegor, & lætus
Tanquam ſedens in ciuitate
Fortiſſima triumpho,
A Marte non recumbo.
18 *Cordis metu dixi fugatus,*
Heu mihi non cernis
Me Deus, & ſpernis.
Tali tamen luctu vocatus
Præſenter adfuiſti,
Et mox opem tuliſti,
19 *Sancti Deum cœtus amate,*
Hic humiles munit,
Et tumidos punit.
Spꝫ corda forti roborate,
Qui quæritis tonantem
Finem bonum parantem.


PSALMVS XXXII.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.

Cum Dauid propter peccata ſua per imbecillitatem puniretur, quam beati ſint illi, canit, qui ſua culpa in tãta, in quibus ipſe eſt, mala non incidunt. Confitetur peccata, remiſſionem illorum a Deo petit, peccatores ad piam adhortatur vitã & pios vt in Deo lætentur.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 1.2.5.6
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 3.4.7.8.

Dis.




Omnes Deo fautore sunt beati.



Quorum mala parcens iniquitati,




Peccata condonat nocentibus,




Et contegit noxam petentibus.

Te.




Omnes Deo fautore sunt beati



Quorum mala parcens iniquitati.



Peccata condonat nocentibus,



Et contegit noxam petentibus.

Alt.

Omnes Deo fautore ſunt beati,

Quorum mala parcens iniquitati,

Peccata condonat nocentibus,

Et contegit noxam petentibus.


Ba.

Omnes Deo fautore ſunt beati,

Quorum mala parcens iniquitati,

Peccata condonat nocentibus,


Et contegit noxam petentibus.




2 Tenam, Deus rex alme, debitorum
Celare cum vellem nefas meorum,
Contabuerunt ossa debili



Felix, cui non crimen imputauit,




Erroris & nunquam ſcelus notauit.




Qui corde puro falſa non habet,



Iniuriarum ſed dolis caret.




Felix, cui non crimen imputauit,



Erroris & nunquam ſcelus notauit.



Qui corde puro falſa non habet,



Iniuriarum ſed dolis caret.

Virtute, præ clamore flebili
Dum me manus moles tua grauatum
Noctu premebat per diem ſtratum.

Exarui siccis vigoribus,
Vt ver solum torret caloribus.
3 Sed pœnitens postquam tibi fatebar
Transgressionis pondus & querebar,
Iam detegens culpæ luem suæ,
Mox gratia pacem dabas tuæ.
Hoc te Deus sancti tui rogabunt,
Et commodum per tempus inuocabunt.
Ergo vadis non vnda confluens
Hos impetu turbabit irruens.
4 Rex es meus: te fretus acquiesco
Nec præ malis securus expaueſco.
In iubilis, te dante, gaudeo,
Saltare, per te saluus, audeo.
Rectam viam te (sic ais) docebo,
Hanc atq; conuersum sequi monebo.
Vultus mei te rite lumine
Ductum meo seruabo numine.
5 At non equis mulisq; comparati
Vos este bruti, qui iugo lupati
Franisq; coguntur rigentibus,
Obtemperent vt se regentibus.
Sic & flagellis impii domantur,
Errore dum caci suo vagantur.
Hos, sed Dei custodia fouent,
Illi sua qui stare spe solent.
6 Lætetur omnis iustus, & benigno
Exsultet in IOVA fauore digno.

Gaudete puris turba mentibus
In iubilis indefinentibus.


PSALMVS XXXII.

Exsultate iusti in Domino, &c.

Hymnus hic est in quo Dauid Deum omnipotentem celebrari iubet. Deinde quod omnia plena sint bonitatis eius, asserit, mirabilia eius enumerat, principes ne in propriis confidant viribus adhortatur, addēs, quod Deus adsit honore afficientibus se. Denique bonitatem eius inuocat.

– – ∪ – – – ∪ – –	1.3.
– – ∪ – – – ∪ –	2.4.
– ∪ – ∪ – –	5.6.8 9.
– ∪ ∪ – –	7.10.

Disc.




Ardenter exsultate iusti
Omnes pii gaudete iusti,

Ten.



Ardenter exsultate iusti
Omnes pii gaudete iusti,

Alt.




Ardenter exsultate iusti
Omnes pii gaudete iusti,

Bas.



Ardenter exsultate iusti
Omnes pii gaudete iusti,


In rege gaudentes Deo.
Rectos decet laudatio.
Musica sonora,
In chely canora,
Et decachordo,
Per tubem boantem
In rege gaudentes Deo.
Rectos decet laudatio.
Musica sonora,
In chely canora
Et decachordo,
Per tubam boantem



In rege gaudentes Deo.
Rectos decet laudatio.



Muſica ſonora,
In chely canora,



Et decachordo,



Per tubam boantem



In rege gaudentes Deo.
Rectos decet laudatio.



Muſica ſonora,
In chely canora.



Et decachordo.



Per tubam boantem



Laudet hunc tonantem



Muſicus ordo.



Laudet hunc tonantem



Muſicus ordo.


2 *Sancti IEHOVÆ cantilenis*
Laudes nouis extollite,
Plectris fides mulcete plenis:
Gratum melos & ſoluite.
In ſuis loquelis
Nam Deus fidelis
Diuite præſtat
Veritate pacta,
Et fides peracta
Candida reſtat.
3 *Ambitor ingens æquitatis*
Iuſto tribunali ſauet,
Eius benigna lenitatis
*Et gratia tellus ſcatet.**



Laudat hunc tonantem



Muſicus ordo.



Laudat hunc tonantem



Muſicus ordo.

* *Auctor ille verbo*
Cum polo ſuperno
Aſtra creauit,
Oris alta flatu
Syderum meatu
Signa parauit,
Ponti graues in littus vndas
Incluſit vtrem ceu cauum.
Illic abyſſos & profundas
Abſcondit imum ſub lacum.
Omnis huic ſatori
Seruiens honori
Gens benedicat,

Hunc colat timore
Orbis, in pauore
Et tremefiat.
5 *Vno volet quacunq; verbo*
Iam facta momento patent,
Eius iubet quacunq; sermo
Præsenter astant & manent.
Gentiumq; cœpta
Cum malis inepta
Impedit ausis,
Plebis acta digne
Destruit maligna
Conscia fraudis.
6 *Decreta sed deliberata*
Durant in æternum Dei,
Cordisq; nunquam cogitata
Mutantur aut errant ei.
Illa gens beata,
Qua Deum parata
Semper honorat.
Salua stirps vocatur,
Qua Deo probatur,
Seruit, adorat.

* * * * *

7 *Sancto Deus vultu rotunda*
Ex axe cœli despicit.
In valle quo terra profunda
Mortale semen respicit.

De throno lucente
Luſtrat in patente
Omnia mundo,
Incola videntur,
Qui ſoli tenentur
Vndiq; fundo.
8 Virtutis humanas gubernas
Mentes per artem propriã,
Et non abeſt, vt facta cernas
Vitã ſibi notoriã.
Nil iuuat proterua
Militum caterua
Copia Regem,
Irritam gygantis
Occupant minantis
Robora ſedem.
9 Fidens eques tergo caballi
Armatus alto prapetis,
Victum videt ſe Marte falli,
Saluator & non debilis.
Hos ſed intuetur
A quibus timetur
IOVA fidelis.
In fide manentes
Eximit iacentes
Ille querelis.

* * * *

10 De mortis vmbra vindicatos

Vita ſecundat ſoſpite.
Pœna famis non intricatos
Nutrit cibis & proſpere.
In Deo quieti
Hoc parente freti
Ergo manemus,
Cuius orbe ſcuti
Nos tegente tuti
Stare valemus.
Cor in Deo noſtrum frequenti
Latabitur victoria,
Conſidit & ſanctum perenni
In nomen eius gloria.
Inclytam ſuper nos
Gratiam miſertus
Iouæ refunde. *

Diſ.





Te.





Cum

* *Te, velut fideles*
Credimus, reueles
Fautor abunde.


PSALMVS XXXIV.

Benedicam Dominum, &c.

Cum Dauid ex manibus Achas euasisset vt in 1. lib. Samuel 21. cap. scriptum est, hunc composuit Psalmum, qui tot pulcerrima dicta, quot versus & lineas continet, curam quam Deus pro suis gerit, indicans, se ceu summum bonitatis Dei proponit exēplum. Psalmus est consolatorius.

– – ∪ – ∪ – 1. 4. 5 8.
– – ∪ – – – ∪ – 2. 3 6. 7.




Cum gloria laudes ei
Dum viuo pracinam.
Fessi laboribus
Vt pauperes hac audiant,
Cum gloria laudes ei
Dum viuo pracinam.
Fessi laboribus
Vt pauperes hac audiant,

Re-



Cum gloria laudes ei




Dum viuo pracinam.




Fessi laboribus



Vt pauperes hac audiant.




Cum gloria laudes ei




Dum viuo pracinam.



Fessi laboribus



Vt pauperes hac audiant,



2 Nunc corde simplici
Latemur, & cum iubilo
Nomen Dei sanctum pio
Tollamus inclyti.
Afflictus intimo
Mœrore quæsiui Deum,
Qui de lacu me liberum
Eduxit infimo.
3 Qui quaritat Deum
Candore syncero lucet,
Non fronte confusa rubet,
Nec pœnitet reum.
Afflictus inuocat
Quando Deum suspirio,
Hunc audiens tristi cito
In vinculo iuuat.



Regisq; summi gaudeant



Omnes honoribus.



Regisq; summi gaudeant



Omnes honoribus.

4 *Custodia fouent*
Iouam timentes angeli
Omnis latebris anguli,
Luctus & amouent.
Gustate nunc patris
Tam mitis indulgentiam,
Fœlix in hanc clementiam
Qui sperat, est satis.
5 *Eius timete gens*
Sancti Deum eum gloria.
Nam se timentes copia
Non deserit frequens.
Ægri famem ferent
Latrantis alui diuites:

Quærunt Dei qui limites,
Nusquam bonis egent.
6 *Huc ite filii,*
Audite præceptum meum,
Regem vereri vos Deum
Discetis hic pii.
Desiderat dies
Vita quis optatos homo?
Cursuq; longæuum bono
Fortunet vt quies?
7 *Iniuria caue*
Ne lingua ladat proximum,
Labris dolum net noxium
In friuolis habe.
Culpa carens boni
Ambitor errores fuge,
Pacisq; sectator stude:
IOVÆ placent probi.
* * * *
8 *Obseruat impios*
Vultu Deus nam vindice,
Vita remotos indice
Vt tollat inuidos.
Iustosq; respicit,
Exaudit, & quærentibus
Custos opem mœrentibus
Non ferre desinit.
9 *Fractis Deo placent*
Mentes remissæ viribus,

Et corda fracti ſpiritus
Coram Deo valent.
Lugent boni modis
Semper malorum pluribus,
Cunctiſq; preſſos durius
Soluit Deus dolis.
10 *A labe liberat*
Corpus pii tutiſſimum,
Ex oſſibus viliſſimum
Et conteri vetat.
Vindicta reprobos
Sed iuſta pœnarum manet
Turpis malorum fax cadet
Odere qui bonos.
11 *Vitas fidelium*
Cum carne ſalua ſoſpitat,
Fidens Deo cor proſperat
Mercede præmium.

PSALMVS XXXV.

Iudica Domine nocentes me, &c.


Dauid videns contētum hoſtium, qui ipſum ſine cauſa inſequebantur, & voluntati Dei ſcientes & volentes reſiſtabantur deteſtatur eos, vtq; a talibus liberetur, orat, vt Deus laudetur & celebretur. Pſalmus plenus fidei & amoris in Dāū, quē ne malis vindictæ cupiditatib. offēdam⁹ cauere debem⁹.

– – ∪ – – – ∪ – 1.2.5.6 7.8
– – ∪ – – – ∪ – – 3.4.

Disc.




In litigantes litiga



O Ioua pugnantes fuga,




Et tela cum ſcuto prehende,



Exſurge defenſor verende,


Te.




In litigantes litiga



O Ioua pugnantes fuga




Et tela cum ſcuto prehende,



Exſurge defenſor verende,


Haſtam


Alt.


In litigantes litiga
O Iouа pugnantes fugа,
Et tela cum ſcuto prehende,
Exſurge defenſor verende.


Baſ.


In litigantes litiga
O Iouа pugnantes fugа,
Et tela cum ſcuto prehende,
Exſurge defenſor verende,



Haſtam tenens præcede me,
Hoſtes meos & deprime.
Sic ad meum dic ſpir tum.
Te liberabo viuidum.
Haſtam tenens præcede me,
Hoſtes meos & deprime.
Sic ad meum dic ſpiritum,
Te liberabo viuidum.




Haſtam tenens præcede me,




Hoſtes meos & deprime.



Sic ad meum dic ſpiritum.



Te liberabo viuidum.



Haſtam tenens præcede me,



Hoſtes meos & deprime.



Sic ad meum dic ſpiritum



Te liberabo viuidum.

Fac turpiter considere
2 Qui me volunt occidere,
O si cadant fusi pudore
Qui deuouent me cum furore.
Vento tener puluis leui
Vt raptus auffertur breui,
Plagis Dei sic angelus
Hos persequatur grandibus.
3 Cacis via sint lubrica
Atra graues caligine,
Dux angelus Iouæ fugatos
Cadat manu, tollatq; stratos.
Nam rete ponentes mihi
Fossam parabant inuidi,
Vt non nocentem sternerent
Præterq; culpam perderent.
4 O si suis in retibus
Captus ruat cum fletibus.
Aut in scrobes quas ipse fodit
Labatur hostis, me quod odit.
Si quod mihi damnum parat,
In propriam frontem cadat,
Tunc Iouæ saluis viribus
Gaudebit in te spiritus.

* * * * * *

5 Hæc ossa dicent. Quis tibi
Par est Deus mirabili?
Nam debilem de fortiore

Tu liberas clemens amore.
Custos egenum protegis,
Nec diripi præda sinis.
Testes iniqui prodeunt,
Et falsa de me proferunt.
6 Damnum rependunt pro bonis,
Vt me suis turbent dolis.
Tales sed ægros cum videbam
Pullatus in sacco dolebam.
Ieiuniis mœstus fui,
Pro sauciis votum tuli.
Fratri velut vel proximis
His condolebam noxiis.
7 Matrem quasi deflens suam
Luctu remissus sic eram.
Illi tamen se congregârunt,
Cladem meam læti probarunt.
Claudi cauillis me petunt,
Nec criminari desinunt.
Insontis & famam graui
Iniuria rodunt mali.
8 Frendent acerbi dentibus
Iræ minis ardentibus
Cum sycophantis fœderati,
Ventri student qui delicati.
Hæc quam diu fers o Deus?
Tantis leua me cladibus.
A fauce vindex vnicam
Serua leonum tu meam.

* * * *

9 *In cœtibus te plurimis*
Laudabo semper iubilis,
Ecclesiæ te prædicabo,
Grates meas & nuntiabo.
Gaudere de me non sine
Contrarios causa sine,
Nec præter æquum liuidi
Me fascinent visu viri.
10 *Concordiam qui non amant,*
Cum literixas excitant.
Pacem, student, turbare sueti.
Turbentur vt terræ quieti.
In me cachinnis impii
Laxisq; labris improbi
Sic, euge, clamant, sic iacet;
Iam, iam videmus quod placet.
11 *Hæc aspicis rerum parens,*
Non connive, quæso tacens.
Esto prope: ne tale stultum
Crimen ferant hostes inultum.
Exsurge mox, iniuriæ
Et me grauatum iudica,
Candoris vt per gratiam
Frangas malus audaciam.
12 *Ne forte dicant, Euge, sic*
Optauimus: lætamur hic.
Sed desinant vt gloriari,
Me posse totum deuorari.

Infamis hos vertat rubor
Et vestiat turpis pudor,
Mœrore qui gaudent meo,
Et iactitant quæ lugeo.
Contra resultent gloria
Læti mea victoria,
Eius fuga vim præcauerem.
8 Sed tu, mihi quem comparaui
Fratris loco conſtans amaui,
Commiſſa ſecretis foue bas,
Menſæ ſodalis, compari
Mecum fide templi ſacri

Intrare portas & solebas.
9 Hos impetu mors atra sternat,
Vivos abyssi fauce mergat,
Quorum domus culpa repletur.
Plenis ego mœrens DEVM,
Votis adorabo meum,
Duris hic ereptum tuetur.
20 Hunc mane, summo sole, sero,
Ardenter implorando quæro,
Exaudit & fletus madentes,
Me pace ditat florida,
Vt nobili victoria
Contrarios fundam cadentes.
11 Finem DEVS qui non habebit,
Non auribus cæcus carebit,
Sed puniet turbas nocentes.
Peccare quæ non desinunt,
Et disciplinam negligunt,
Nunquam timent IOVAM colentes.
12 Diras manus his intulerunt
Qui pacis auctores fuerunt,
Fœdus DEI sanctum prophanant,
Dant verba lactis noxia,
Sed dira belli toxica
Ex cordibus cum fraude manant.
13 Sunt molliores his loquelæ
Quam balsami pinguis medelæ,
Enses tamen spirant acutos.
Depone curas in DEVM,

Enutriet te liberum
Iustos dabit gaudere tutos.
14. *Faces iniquas impiorum*
Instagna trudes inferorum.
Et cade qui gaudent cruenta,
Fidente me soli Deo
Illucadent mortis fero
Florentis in vita iuuenta.


PSALMVS LVI.


Miserere mei DEVS, &c.

Psalmus hic descriptio est violentæ contumeliæ, quam Dauid a liquandiu passus fuerat, addita gratiarũ actione, & liberatione.


–⏑–⏑–⏑– 1.2.3
–⏑–⏑– 4.
–⏑–⏑–⏑–⏑– 5.6.7.
–⏑–⏑– 8.





Nam me ferox ſorbere vult homo.
Turpiq; ſtratum mergat vt ſolo
Bello furit frequenti.
Hoſtes parant delere me cruenti,
Nam me ferox ſorbere vult homo.
Turpiq; ſtratum mergat vt ſolo
Bello furit frequenti.
Hoſtes parant dolere me cruenti,




Nam me ſorbere vult homo.




Turpiq; ſtratum mergat vt ſolo



Bello furit frequenti.



Hoſtes parant delere me cruenti



Nam me ferox ſorbere vult homo.




Turpiq; ſtratum mergat vt ſolo



Bello furit frequenti



Hoſtes parant delere me cruenti,



2 Verbum Dei quod non fide caret,
Ex gloriata mente non cadet.
Hic quem timebo? quid caro valet?
Humana nulla curo.
Quæ protuli ſermone verba puro,
Mutant & inuertunt tenore duro,
Hoc vnicum conantur, o bfuturo
Vt me malo premant.



Et perſequentes impetu frementi




Laſciuiunt. Sed ſpes Deus timenti



In te mihi manet.



Et perſequentes impetu frementi



Laſciuiunt. Sed ſpes Deus timenti



In te mihi manet.

3 In pacta conſpirando cogitant
Vt paſſibus fraudem meis ſtruant,
Et caſſibus me mortis obruant
Iniuriis acerbi.
Cum perpetrant nequam ſcelus ſuperbi
Impune delictum ferunt proterui,
Aſt vnius ſtratos valore verbi
Perdes eos Deus.

4 Constat fuga luctus tibi meus,
Et lacrymarum computas genus.
Index labores continet tuus
Quos indies ferebam:
Supplex opem quando tuam petebam,
Mox in fugam contrarios agebam.
Talem DEVS quod sis meus videbam
Te dante gratiam.

5 Verbi DEI cantabo gloriam,
Sermonis & laudes sui canam,
Confisus in quo iubilis palam
IOVAM meis sonabo,
Spes in DEO semper meas locabo,
Eiusque felix in fauore stabo,
Omni metu mortalium vacabo,
Quid bulla vult homo?

6 Hoc vota per promissa debeo,
Vt gratias dicam tibi DEO,
Qui de lacu me mortis infero
Saluator eruisti.
Gressus meos a labe detulisti,
Ductor mihi viuentium fuisti
In luce, te coram patente sisti
Vt semita queam.

PSALMVS LVII.

Miserere mei DEVS.

Breuis quędam enumeratio est afflictionum, quas a Dauide DEVS propulsauerat, postquam inuocasset, eam.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.1.4.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 3.

Dis.



Clemens faue, clemens faue Deus,



Confidit in te spiritus meus,

Te



Clemens faue, clemens faue Deus,



Confidit in te spiritus meus,

Alt.



Clemens faue, clemens faue Deus,




Confidit in te spiritus meus


Ba.




Clemens faue, clemens faue Deus:



Confidit in te spiritus meus,




Solus mihi solamen es malorum.




Non restat alis sub tuis metus,




Donec procella transeant laborum.



Solus mihi solamen es malorum.




Non restat alis sub tuis metus,



Donec procella transeant laborum.

2 Altissimum turbatus inuoco,
Finem dolori qui facit meo
Cœlis opem demittet ille certam.
O sore qua me liberet reo
Iniuria vim vindicans apertam.


3 Septus feris angor leonibus,
Spirantibus flammas latronibus
Cingor quibus sunt atq; tela dentes.
Linguas habent acres in oribus,
Enses super mucronibus nocentes.




Solus mihi solamen es malorum.




Non restat alus sub tuis metus,




Donec procellæ transeant laborum.



Solus mihi solamen es malorum.



Non restat alis sub tuis metus,



Donec procellæ transeant laborum.

*4 Extolle cœli te Deus polo,
Expande terræ gloriam solo,
Casses tetenderunt mihi rapaces,
Vt supprimant vitam meam dolo,
Fodere tumbas impii capaces.
5 Hos in scrobes ipsi tamen cadunt,
Et seminis fruges sui metunt.
Cum mente cordis sensa præparaui,
Laudi tuæ qua Ioua seruiunt,

Te glorioſum cantibus leuaui.
6 *Exſurge cum lingua lyra melos,*
Lauda chelys Iouam meum decus.
Surgens thoro te mane prædicabo
Et iubilis cantabo te Deus,
Ingentibus nomen tuum citabo.
7 *Tranſit polum diuina lenitas,*
Orbem replet ſyncera veritas,
Cœli ſuper te loua tolle ſtellas.

Diſ.



Quando ſouentes æquitatem



Vos iure conſulti patres




Et curia quæſo, pares


Te.



Quande ſouentes æquitatem



Vos iure conſulti patres



Et curia, quæſo, pares

*Lucis tuæ sit nota claritas
Terris, vt omnes solus antecellas.

PSALMVS LVIII

Si vere vtique iustitiam loquimini, &c.

Dauid iniq; accusatus, innocētiā suā testatur, precatur Deum, vt se tegere velit.

– – ∪ – – – ∪ – –
– – ∪ – – – ∪ –

1.4.
2.3.5.6.

Alt.



Quando fouentes æquitatem



Vos iureconsulti patres



Et curiæ, quæso, pares

Bas.



Quando fouentes æquitatem




Vos iureconsulti patres



Et curiæ, quæso, pares















2 Sed vera confessi probatis
Prauis iniquum cordibus,
Dextra malorum sordibus
Plena nefas omnes amatis.
A ventre matris singuli
Sunt infideles impii.


3 Primis ab annis deuiarunt,
Fictis leues mendaciis,




Dicetis vnquam veritatem,




Iustoq; consentaneum



O filii mortalium?



Dicetis vnquam veritatem,




Iustoq; consentaneum,



O filii mortalium?

Virus nocens fallaciis
Serpentis instar seminarunt.
Aspis venenis vt tumens
Obdurat aures & furens.
4 *Doctis vt incantationem*
Non audiat factam Magis,
Dentes Deus frangens malis
Iustam rependas vltionem,

Malas leonum rumpito,
Cum faucibus contundito.
5 Fastu feroces in superbo
Ceu lympha mollis diffluent,
Et fracta, forti, corruent
Vt tela, quæ misêre neruo.
Limax vt æstu disperit,
Sic exitus vanis erit.
6 Ceu lumen infelix abortus
Natale solis non videt,
Et spina quæ nondum viret
Ramno carens, dum floret hortus,
Decisa præfructu cadit,
Iouæ furor sic hos rapit.
7 Sic vindicem quando videbit,
Iustus Deum lætabitur,
Talem malis mirabitur*



* *Reſtare pœnam; quod licebit,*
Tinget ſuas in ſontibus
Plantas cruorum fontibus.
℣ *Tunc quiſq; dicet, præmiorum*
Eſt digna iuſto gloria,
Qui floret in victoria,
Omni metu liber dolorum.
Terra manet iudex Deus,
Quod cum bono cernet reus.

PSALMVS LIX.

Eripe me de inimicis meis, &c.


Cum Dauid a Saul obſeſſus in extremo verſaretur periculo, de iniuria teſtatur, Deum auxilium eius implorat, ea fiducia, ſe exauditum fore.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.2.5.6.
– – ∪ – – – ∪ – 3.4.7.8.

Al.



Tandem Deus me liberato




Ex hoſtium raptu parato,


Baſ.



Tandem Deus me liberato



Ex hoſtium raptu parato,



Vindex ab aduersariis,
Defende me contrariis.
A fraude me salua malorum,
Qui cœtibus gaudent bonorum.
Vindex ab aduersariis
Defende me contrariis.
A fraude me salua malorum,
Qui cœtibus gaudent bonorum.



Vindex ab aduersariis



Defende me contrariis.



A fraude me salua malorum,




Qui cœtibus gaudent bonorum.



Vindex ab aduersariis



Defende me contrariis.



A fraude me salua malorum



Qui cœtibus gaudent bonorum.




Crudelis & quorum sitis



Insontis ardet sanguinis.



Crudelis & quorum sitis



Insontis ardet sanguinis.


2 *In pacta conspirant minati,*
Vt me trucident fœderati,
Fortissimi iam sæuiunt,
Causam nec offensæ sciunt.
His semper infestatus hæsi,
Nulla nocens quos parte læsi,
Ergo veni surgens Deus
Esto redemtor tu meus.
3 *Exercitus dux magne Iouæ*
Abramidum spes summa sola,
Hæc gentium tu crimina,
Et nationes visita.
Non parce delictis licenter,
Praui quibus peccant scienter.



Crudelis & quorum ſitis



Inſontis ardet ſanguinis.



Crudelis & quorum ſitis



Inſontis ardet ſanguinis.

Muros vagi circumuolent,
Tanquam canes noctu latrent.
4 *Ex ore cædes eloquto*
Enſi pares ſpirant acuto,
Et ſtulta mens dum claudicat,
Quisnam rogant, hæc audiat?
Sed tu Deus ridebis horum
Auſus ineptos ſriuolorum.
Quæ gentium vendit furor,
Ludibriis ſoluet pudor.
5 *Me maior eſt hoſtis valore,*
Tu maior illo, me fauore
Tutiſſimum ſeruas tuo,
Ductore te non corruo.

Vt me iuuet non Ioua flectet,
Sed gratia sic anteuertet,
Hostes meos vt diripi
Visu voluptas sit mihi.

* * * *

6 *Letho malos non tolle plane,*
Oblita ne sit fama sane.
Sed dissipa stratos meis
Exempla sint vt subditis.
Dispergé terris exsulantes,
Et merge victor diuagantes,
Absurda prater nil docent,
Fastuq; sufflati tument.
7 *O si suis contaminati*
Iniuriis sint intricati?
Fatore mendax conscio
Confundat illos concio.
Ergo graui flagrans in via
Flamma reos incende dira,
Exstingue sublatos suis
Vt sint nihil cum posteris.
8 *Vt nota vis Ioua colatur,*
Præses Iacobi qui vocatur,
Regno potens quod clareat,
Illi quod orbis pareat.
Sero recurrant eiulantes
Tanquam canes noctu latrantes,
Et septa muris omnia
Vrbis peragrent compita.

9 *Quin ventre ieiuno gementes*
Victum requirant expetentes.
Et murmurent agram tamen
Non posse sedari famem.
Te prædicabo Ioua gratus
Virtutis in laudem paratus,
Et mane cantabo tuam,
Qua me beas, clementiam.
10 *Tu forte munimen salutis,*
Arx turribus firmata tutis,
Custodia me protegis,
Te iubilis tollam meis.
In sorte me dura solutum
Defendis, vt per tela scutum.
A te fluunt solatia,
Tu me secundas gratia.

PSALMVS LX.

Deus repulisti nos & destruxisti nos, &c.

Dauid cum videret victorias, quas deportauerat, a Deo esse, Deum se posthac quoque liberaturum, certo sperat.

——∪——∪— 1.2.3.4.5.6
——∪———∪—— 7.8.

Dis.




Qui reppulisti nos Deus,



Et copias ira ferus




Nostras sinis dispergere,



Ad nos pater conuertere.


Te.



Qui reppulisti nos Deus,



Et copias ira ferus



Nostras sinis dispergere



Ad nos pater conuertere.


Alt.



Qui reppulisti nos Deus,



Et copias ira ferus



Nostras finis dispergere,



Ad nos pater conuertere.

Bas.



Qui reppulisti nos Deus,




Et copias ira ferus



Nostras finis dispergere,




Ad nos pater conuertere,



Concussa tellus fulmine
Facto fatiscit vulnere,



Hanc subleuato mole dura,



Et sauciam sanare cura.



Concussa tellus fulmine
Facto fatiscit vulnere,



Hanc subleuato mole dura,



Et sauciam sanare cura.

℣ *Gentem tuam grandi satis*
Pœna fatigas, & malis,
Formidinis nunc aspero
Nos ebrios potas mero.
Vexilla te quærentibus
Princeps dedisti gentibus, ✱




Concuſſa tellus fulmine
Facto fatiſcit vulnere,



Hanc ſubleuato mole dura,




Et ſauciam ſanare cura.



Concuſſa tellus fulmine
Facto fatiſcit vulnere,



Hanc ſubleuato mole dura,



Et ſauciam ſanare cura.

Efferre quia læti valebant,
Qui ſpem fide fortes alebant,

3 *Vt liberes caros tibi*
Hoſtis iugo de peſſimi,
Dextra miſertus me tua
Exaudiens nunc adiuua.

De sede sacra me Deus
Solatus est latum meus,
Non me Sichem diuisa spernit,
Suchot mihi dimensa seruit.
4 Patris Iacobi iam tribus
Parent mihi cum fratribus,
Galaad, Manasses, Ephraim
Et me timebunt Elohim,
Martis per hunc exercitum
Vires caput sumet meum.
Regni decus Iudas parabit,
Et legifer dux imperabit.
5 Moab potentis gloriam
Ollam velut lotoriam
Calcabo plantis duriter,
Calces lauabo puriter.
Edom super terram meos
Ponam gubernans calceos.
Tellus Philistarum resulta,
Ponam trophæum laude multa.
6 In ciuitatem fortibus
Quis ducet altam turribus?
Quis nunc Idumæi bonum*



* *Me ducet in ruris solum?*
Hoc nonne tu faxis Deus,
Nos exsules hostis ferus,
Quo non manum prabente, stratos
Vastauit & vicit fugatos?
7 *Nobis opem fer cœlitus*
Ruptis malorum retibus:
Humana virtus nil valet,
Et spem salutis non habet.
Ductore Ioua prauio
Pugnam ciemus prælio,
Hic nos triumpho liberabit,
Calcaneis hostes domabit.


PSALMVS LXI.


Exaudi Deus precationem meam, &c.


Dauid preces suas exauditas esse indicat, quãobrem Deo gratias agit, & futuro delectatur tempore.

— — ∪ — ∪ — — 1.
— ∪ — — 2. 5.
— — ∪ — ∪ — 3,
— — — ∪ — ∪ — — 4.
— — ∪ — — ∪ — 6,





Te rogantem
Auſculta precor cito.
Te mœrore dum laboro,
Nunc adoro
Te rogantem
Auſculta precor cito.
Te mœrore dum laboro,
Nunc adoro


Alt
De gratia cantabo veritatem,
Praconiis testabor æquitatem.
Carmen Deus latum canam tua
De gloria
Bas.
De gratia cantabo veritatem,
Praconiis testabor æquitatem.
Carmen Deus latum canam tua
De gloria.



Telluris ex infimo,



Telluris ex infimo,
2 Me duc in excelsa valde
Rupis alta
Non scandenda culmina.
Turris tu mihi quieta,
Vnde spretæ
Sunt hostium fulmina.
3 Sedem tabernaculorum
Sed tuorum
Æternum sequens colam,
Alis sub tuis latebo,
Te valebo,
Præstante custodiam.
4 Tu vota luctu gementis
Inquerentis
Obseruas doloribus.
Hos, qui te timent, amare
Et beare
Amplis soles dotibus.
5 Regi dies sanitatis,
Vanitatis
Pulsa nocte, prorogas,*



Telluris ex i. ſimo,



Telluris ex infimo.

* *Prolongantur eius anni,*
Imperandi
Et ſceptra durare das.
6 *Coram Deo rex ſedebit,*
Et manebit
Regnis in perennibus.
Quem ſeruabis aquitate,
Veritate
Saluabis in gentibus.
7 *Nomen tuum ſic ſonabo,*
Pradicabo
Lata voce iubili,
Felix indies parata
Mente grata
Et vota reddam tibi.

PSALMVS LXII.

Nonne Deo ſubiecta erit anima mea, &c.

Dauid ſe ab hoſtibus liberatum videns, malitiam eorum enumerat, & omnes fideles ad pacem & quietem in Domino adhortatur, quia omnia hominum opera ſint mutabilia.

1.2.4.5.
3.6.

Dis. Cordis mei tranquilla mens

Fidet Deo soli, potens Cu-

stodiet qui me clientem. Est ille

propugnaculum Et forte

Te. Cordis mei tranquilla mens


Fidet Deo soli, potens


Custodiet qui me clientem.

Est ille propugnaculum


munimen

Eiusdem Melodiæ cum XXIIII.






2 Cedem minantes vsq; quo
In pauperes omni loco
Grassamini? hac predico vates
Tanquam casa pendens latus,
Et murus suo iam malus
Quod corruetis vanitates.
3 Florere iustum si vident,
Rebus secundis inuident,
Hunc supprimi fractum volentes.
Mendacio falsi student,
Audacia stulti tument,
Blandis dolos verbis loquentes.
4 Sed spiritus votum mei
In gratiam spero Dei,




forte munimem meum Pe-



ſtem mali contra furentem.



Et forte munimen meum



Peſtem mali contra furentem.

*Omnes in hoc curas repone.
Cuſtos enim me protegit,
A labe ſecurum regit,
Ne ceſpitem tranſgreſſione.
Rex ioua virtus gloria,
Eſt & mihi victoria
Cui res meas commendo ſoli.
Illi piorum fide gens,
Hunc ante cor mœſtum querens
Effunde: deſperare noli,
Eſt vana vis mortalium,
Sunt optimi mendacium,
Si vera confeſſi loquantur.*

In lance cuncti nil valent,
Vllumq; pondus non habent,
Vilissimo si conferantur.
7 Iniuria non perfidi
Gaudete fastu feruidi
Non este cœcati prophanis.
Crescente rerum copia,
Non corda sint atrocia,
Omnis voluptas est inanis.
8 Audita vox est bis Dei,
In pectoris sensu mei,
Quod viribus regnet stupendis *







spiritus

*Sed Ioua tu ſemper bonus
Et iuſtus es, cunctis opus
Mercede qui digna rependis.


PSALMVS LXIII.


DEVS DEVS meus ad te de luce vigilo, &c.

Inſtitutionis gratia piorum, hic Dauid exponit, quomodo in omnibus calamitatibus ad Deum profugerit, vt hoc modo ſe conſoletur, & animum recipiat.

– – ∪ – – – ∪ – 1.4.6.7.
– – ∪ – – – ∪ – – 2.3.5.8.

Eiuſdem Melodiæ cum XVII.





spiritus te cum laboro Ae-
ger sitit luctu meus. Ad
te ca ro cor dis vi go-
re Exhausta exhausta suspirat gemens, In
Et spiritus te cum laboro
Æger sitit luctu meus.
Ad te caro cordis vigore
Exhausta suspirat gemens,



Et ſpiritus te cumlabo ro



Æger ſitit luctu me·



us, Ad te caro cordis vigo-



re, Exhauſta ſuſpirat gemens, In



Et ſpiritus te cum laboro Æ-




ger ſitit luctu meus. Ad



te caro cordis vigare




ſpirat gemens



2 Dulcem tua dum gloriam
Virtutis exopto videre,
Quæro mihi sanctam patere
Templi tui custodiam.
Vitæ salutem posthabebo
Clementiæ donis tuæ,
Hinc te Deus sanctissime
Laudare gratus non tacebo.
3 Aura licet donec frui,
Hic te libenter prædicabo,
Cultu manus sacro leuabo
In nominis laudem tui.
Luxu ferar tanquam repletus,
Suauis cibi pinguedine,
Et nectaris dulcedine



In rure, quod ripis egens



Omni caret lympha liquore.



In te ſatur cantabo latus.

4 *Lecto recumbens immemor*
Non ſum tui: ſomno ſolutus
Et mane de te ſum locutus,
Te laude tollens imprecor.
Duris enim de vinculis
Tu liberaſti me dolorum,
Ne tela me turbent malorum,
Occultor alis in tuis.
5 *In te quieſcit ſpiritus,*
A te negauit cor reuelli.
A me tuis cerno repelli
Mundi furorem viribus.
Ergo mihi technas ſtruentes

Inferre vim quando ſtudent
In carcerem terra ruent,
Qui conteget pœnam luentes.
6 Ferro trucidati cadent,
Hoſtis manu cœſi iacebunt,
Spreti ſepulcris & carebunt,
Vulpes vt illos deuorent.
Rex in Deo florente durans
Lætabitur victoria,
Gaudebit omnis gloria
Nomen Dei per grande iurans.
7 Sed qui ſceleſta cum dolis
Mendacium lingua loquuntur,



His ora plagis obstruuntur,
Muti repugnent ne bonis.

PSALMVS LXIV.

Exaudi Deus orationem meam, &c.

In specie querelæ Dauid hic maximã Tyrãni dé & insidias hostiũ suorũ erga se detegit, ad hæc magnã Dei bonitatem, qua ipsi cõtra eos victoriam concesserat, agnoscit.

– ∪ – – ∪ – – 1. 4
– – ∪ – – ∪ – 2 3.
– ∪ ∪ – – 5.


Eiusdem Melodiæ cum V.









2 Defende me contra furentes
Qui me peroſi deuouent,
Et non niſi noxæ ſtudent.
Turbare me cœtus volentes
Frange nocentes
3 Linguis acutis blandiuntur,
Diris pares ſicariis.
Vt tela ſic contrariis.
Sunt verba mellis quæ loquuntur,
Felle teguntur.
4 Clam tale conantur latentes,
Neruo reducto cogitant,
Telis vt inſontem petant,
Iuſtumq3 figant impudentes



ra, Qui me modis ladunt ſuperbis,



Atq; proteruis.



ra. Qui me modis ladunt ſuperbis At-



que proteruis,

Nil metuentes.

5 *Audacia culpam tuentur,*
Gratantur in prauo ſibi
Caſſes vbi ponant mihi.
Nulli, tamen dicunt, videntur
Quæ ſtatuentur.

6 *Verſant dolos fraudem parantes,*
Aſtutia vafri ſcatent,
Nec callidi technis carent.
Deceptionum ſunt amantes
Falſa probantes.

7 *Vindex eos ſed Ioua cernet,*
Quem prouocant atrociter
Arcus ſui velociter,

Ictos sagittis ille sternet,
Vulnere perdet.
8 Linguæ furor cladem ciebit,
Infamia turpissimos,
Opprobriis spretissimos
Ridebit illos, qui videbit,
Atq; timebit.
9 Anget metus coram stupentes
Rerum per hæc spectacula,
Regis Dei miracula
Vt prædicent intelligentes
Mente tenentes.
10 Omnis pari cœtus piorum
Fiducia lætabitur,
Quod per Deum seruabitur,
Gaudebit in te rex Deorum,
Turba bonorum.

PSALMVS LXV.

Te decet Hymnus Deus, &c.

Psalmus hic relationem bonorum & gratiæ quibus Deus omni tempore sine intermissione in Ecclesia sua vt solet, continet.

— — ∪ — — — ∪ — — 13.5.7.
— — ∪ — ∪ — 2.4.6.8

Eiusdem Melodiæ cum LXXII.

DISCANTVS




De rupe laudem dat Sionis
Omnis propago nationis

TENOR.




De rupe laudem dat Sionis
Omnis propago nationis

ALTVS.




De rupe laudem dat Sionis O lo·
Omnis propago nationis, Voto

BASSVS.



De rupe laudem dat Sio-
Omnis propago natio-


O Iouа rex tibi
Illic
Voto litans ibi
preces clemens piorum
Audis que-
rentium,
Accedet
ergo plurimorum
Grex te colenti-
O Iouа rex ibi
Voto litans ibi.
Illic preces clemens piorum
Audis querentium
Accedet ergo plurimorum



uarex tibi,
litans ibi
Il.
lic preces clemens piorum Audis que-
rentium, Accedet
ergo plurimorum Grex te colenti-
nis, O loua rex tibi,
nis, Voto litans ibi.
Il-
lic preces clemens piorum Au-
dis que rentium, Accedet
ergo plurimorum Grex te colenti-



2 *Me prauitatis culpa totum*
Infecit impia,
Sed tu nefas cum labe notum
Detergis indita.
Felix tuus qui commoratur
Electus atriis.
Hac cultibus qui non grauatur
Intrare patriis.

3 *Omnes domus donis beabit*
Ingentibus tua,
Et gratia nos recreabit
Templum tuum sua.
Mirabilem iuxta fauorem
Saluator o Deus
Nostras preces audi: furorem
Auerte quæsumus.

4 *Fidunt tibi sperando gentes*
Telluris incolæ,
Et transmaris fines iacentes
Gratantur insulæ.



rum, Grex te colentium.



rum, Grex te colentium.

* Virtute fundasti stupenda
Montes grauissimos
Et roborasti non mouenda
In mole dissitos.
5 Ponti procellas vt furentes
Compescis & domas,
Sic gentium turbas frementes
Dispergis & fugas.
Vicinia spectaculorum
Hæc signa cum vident,
Terroribus miraculorum
Turbantur, & timent.

* * * * * *

6 Gaudere tu cœtum meantem
Omni facis solo,
Cum mittis auroram volantem,
Aut Hesperum polo.
Terra carentis liberasti
Penuria situm,

Et copiam multiplicasti
Ex rore⌣ messium.
7 *Fontis tui Lympha perenni*
Riuo scaturiunt,
Et cum satis potu frequenti
Plantata nutriunt.
Humore tu pinguj madentes
Sulcos inebrias,
Imber rigat glebas patentes,
Natiua prosperas.
8 *Annum salutari coronas*
Cum dote gratiæ,
Et rebus incrementa donas
Æqua propagine.
Vestigiis pinguedo molles
Stillat fauos tuis,
Deserta, montes atq; colles
Gaudent bonis suis.



Dis. *Omnes Deo nunc iubilate⌣ Le*

Te. *Omnes Deo nunc iubilate⌣*

9 *Campis bidentum grex amœnis*
Cum prole pascitur,
Spicisq; far florente plenis
In rure nascitur.
Hac messe spectantes coloni
Instante gestiunt,
Frumenta lætantur reponi,
Et iubilis canunt.


PSALMVS LXVI.


Iubilate Deo omnis terra, &c.

Psalmus hic enumeratio est bonitatis Dei, quam in populo suo exercuit, & omnis generis afflictionibus probato, subuenit, Deinde gratitudinis suæ mentionem faciens Deum innocentiæ suæ testem vocat.


--∪---∪-- 1.3.5.7.
--∪---∪- 2,4.6.8.

Eiusdem Melodiæ cum CXVIII.




tis ouantes plausibus, Et
nomen eius prædicate, Summis
ærendum laudibus, Dicant pii
i, Miraculorum Quam magna
Lætis ouantes plausibus,
Et nomen eius prædicate,
Dicant pii, miraculorum


Lætis ouantes plausibus, Et nomen
eius prædicate, Summis
verendum laudibus, Di
cant pii, Miraculorum Quam
uantes plausibus,
Et nomen eius prædicate, Summis
verendum laudibus Di-
cant pii mira culorum



2 Excelsa maiestas canetur
Terram per omnem gloria,
Hymnis tuum nomen coletur
Fortipotens victoria.
Huc ite: factis cogitate,
Quam sit Deus spectabilis
Mortalibus considerate
Quæ conferat mirabilis.




magna virtus est tua. Hostes



tui mendaciorum Turpi cadent er-




go fuga.



Quam magna virtus est tua? Ho-



stes tui mendaciorum



Turpi cadent ergo fuga.

3 Vasti maris siccauit vndam,
Plantisq; latos aridis
Per semitam ponti profundum
Transire nes monauit is.
Hic rex in aternum manebit
Qui fronte gentes respicit.
Non victus extolli valebi
Ausis ei qui restitit.

4 Laudate Iouam nationes,
Vt singulis appareat
Vestras sacrum per cantiones,
Et nomen eius clareat.
Nos in sua qui deuiantes
Custodia clemens tegit,
Gressus pedum, ne cespitantes
Lapsu ruant, ductor regit.
5 Tu nos probasti disciplinis
Examinatos duriter,
Candens vt argentum caminis
Fulget solutum purtter.
Hostilibus captos tulisti
Omnes teneri vinculis,
Et plurimam tergo dedisti
Gestare molem singulus.

* * * * *

6 Frænis Tyrannorum domati
Quam seruitutem vidimus?
Vndas per ingentes fugati
Atros per ignes tuimus.
Ex his tamen per te redemti
O Iouа respirauimus.
Ergo fores intrabo templi
Et vota reddam latius.
7 Hæ scilicet labris locutus
Oris mei promiseram,
Cum non secundis reuolutus
Et languidus fatis iram.

Aras sacro pingui madentes
Bobus litatis instruam,
Cum cade taurorum calentes
Hircis & agnis imbuam.
8 *Audite: vobis indicabo*
Quam sit mihi clemens Deus,
O rampiis & nuncti abo
Quod fautor est vitæ meus.
Hunc mente cum supplex adoro,
Exaudiens me respicit,
Illumq; per laudes honoro
Dum vox mihi non deficit.
9 *Si cor mihi prauum fuisset*
Et conscium de fraudibus,
Tunc Iouа me non audiisset
Surdis recusans auribus.
Sed vota puris cum querelis
Suscepit in clementia,
Et me suis ægrum medelis
Curauit in præsentia.
10 *Laus sit Deo luctum vocatus*
Nunquam meum qui despicit,
Grates ei dicam, beatus
Quod gratia me respicit.

PSALMVS LXVII.

Deus misereatur nostri, &c.


Precatio est pro salute Ecclesiæ, quæ non solũ Iudææ, verũ ẽt oĩa mũdi loca, vbicũq; gratia Dei per Iesu Christi Domini nostri aduentũ diuulgari debet, continet.

Eiusdem Melodiæ XXXIII.





* – – ∪ – – – ∪ – 2.4.
– ∪ – ∪ – – 3.6.8.9.
– ∪ ∪ – – 7.10.

Alt.




Baſ.





2 Mortalium grates fidelis
Confeſſio ſoluat tibi, *

Gens



* Gens omnibus ſubiecta cœlis
Cam iubilo plaudat ſibi.

Iusta quod probasti,
Lege iudicasti
Singula recta.
Et regis frequenter
Subditos potenter
Diuite dextra.
3 *Laudem Dei plebs grata fundat,*
Eius canat victoriam.
Fructu suo tellus abundat
In conditoris gloriam.
Ille nos fauore
Seruet a dolore,
Et benedicat.
Quem colat timore
Orbis, in pauore
Et tremefiat.

Disc. *Exsurgat in virtutibus* *Victor*

suis fortis Deus,

Te. *Exsurgat in virtutibus*

Victor suis fortis Deus,

Ho.

Exſurgat Deus & diſſipentur inimici, &c.

Dauid dum omnem victoriam a ſolo Deo ſe nactum fuiſſe fatetur, in genere magnam Dei potentiam celebrat, quod nempe populum ſuum liberauerit. Deinde gloriatur in Deo, quod coronam regiam, ſicuti ante ſibi promiſſa erat, iure obtinuerit.


– – ∪ – – – ∪ – 1 2. 4. 5. 7. 8. 10. 11


– – ∪ – ∪ – – 3. 6. 9. 12.


Eiuſdem Melodiæ cum XXXVI.




Hosteſq; dissipentur. Tollantur
aduersarii, Cum fri-
uolis contra rii Oſo-
ribus fugen-
Hosteſq; dissipentur.
Tollan tur aduer ſarii,
Cum friuolis contrarii
Oſo ri bus fu gen tur.



q3 dissipen tur, Tollan tur
aduersarii, :|:
Cum friuolis contrarii
Osoribus fugen tur.
steſq3 di ssi pen tur
Tollantur aduersari-
i, Cum friuolis contrarii, O-
soribus fugentur. Cœtos ma-


tur Cœtus malignos sterni-
to, Fumis pares dispergito, Et
vana cœpta verte. Vt
cera per flammas liquet, Phœ
Cœtus malignos sternito,
Fumis pares dispergito,
Et vana cœpta verte,
Vt cera per flammas liquet,


Cœtus malignos sternito, Fu-
mis pares dispergito,
Et vana cœpta verte, Vt cera
per flammas liquet, Pha-
lignos sternito, Fumis pares dispergi-
to, Et vana cœpta verte
Vt cera per flammas liquet,



binec æstum sustinet, Sic dif-



fluant aperte.




Phœbi nec æstum sustinet,



Sic diffluant aperte.


2 Sed gaudium iusti ferent,
Plausuq; læti gestient
Coram Deo canentes.
Iniuria sic feruidos
Ignobiles & perfidos
Fugisse iam videntes.
Cantate vos recti Deo,
Vt nomen eius iubilo
Laudis sacrum colatur.
Sit plana regi semita,
Qui lenis incedit via,
Heros herus vocatur.
3 Gaudete nam cum matribus,
Orbos clientes patribus*



bi nec æstum sustinet, Sic diffluant aperte.



Phœbi nec æstum sustinet,



Sic diffluant aperte.

* *Curator hic tuetur,*
Iudex relictas protegit,
In sede sacrata regit
Fortis Deus timetur.
Qui frigidum natis forum
Fœcundat, & multa domum
Augst nepote prolis.
Et vinculis captos leuat,
Hunc gens vereri qua negat,
Aret calore solis.

* * * *

4 *Gentem comes tu prauius*
Ex valle deserti Deus
Cum duceres amatam,

Orbis tremebat cum solo
Stillabat vndas de polo
Iram timens minatam.
Sina pauebant culmina
Cum vultus inter fulmina
Iacob Dei patebat,
Hæreditas largis tua
Rorante cœlo perflua
Ex imbribus madebat.

5 Possessionem languidam
Curas medelis hanc tuam,
Illic greges morantur.
Et pauperes ditas bonis,
Multis vt aucti copiis
Feliciter fruantur.
Euangelizantum chorus
Ingens datur, quorum sonus
Verbum docet Tonantis.
Hostes fugati dum cadunt,
Nympha chorais hoc canunt
Hymni melos ouantis.

6 Iam terga turpi propriis
Reges fuga cum copiis
Inglorii dederunt,
Et qua domi regnans fuit
Matrona prædam rettulit,
Quam castra perdiderunt.
Afflictio si vos premat,*

Et cu-

Et cura triſti mordeat
Ingens dolore plena,
Si vos ſopor caligine
Obducat & fuligine
Contaminent aliena.
7 Alis columba prapetis
Non impares ſplendebitis
Argenteo nitore:
Plumis in aura mobilis
Qua gliſcit, auri nobilis
Nec vincitur rubore.
Reges Deus dum deſtruit,
Nox cum tenebris defluit,
Templi domo parata,
Excanduit terra ſinus
Salmonis, vt nix cœlitus
In colle diſſipata.

PAVSA.

8 Eſt mons Iehoua fertilis
Latus abundans hortulis,
Culiuq; pinguis arui.
Hunc in Dei montem feros
Cur audet inſultare vos
Montes furor ſuperbi?
Altam Sionis maximus
Pra ceteris rupem Deus
Elegit & ſacrauit,
Hac in iugo ſedem ſibi,

Vt sit perennis rex ibi,
Gratissimam parauit.
9 *Sunt angeli seruilibus*
Tot curruum cum millibus
Agmen Dei decorum.
Hos inter eius sanctitas
Sinæ lucet ceu claritas
Spectaculis honorum.
Scandens in altum cardinem
Orci triumpho carcerem
Captum Deus trahebas,
Et dona pro mortalibus
Cœli datis cum clauibus
Accepta deferebas.
10 *Victor rebelles deprimis,*
Inter fideles eligis
Sedes tuas haberi.
Laus sit Deo cum gloria,
Dignatur in custodia
Qui nos sua tueri.
Adiutor est noster Deus,
Qui de malorum cladibus
Nos liberat suboritis,
Cunctis potens hic imperat,
Vitamq; victæ vindicat
A seruitute mortis.

* * * * * *

11 *Iusta calens ira Deus*

Frontem superbis hostibus
Et colla dura frangit,
Et verticem peccantibus
Semper nefas sectantibus
Ictu nocente tangit.
Gentem meam de finibus
Basan reducam viribus
Inquit Deus, stupendis.
Cœtus reportabo meos
Ponti profundos per sinus
Ductor potens furentis.
12 *Hostes tua cadens manu*
In sanguinis fusi lacu
Plantas pedum lauabis,
Laxis cruorem rictibus
Lambent canes, conflictibus
Et Marte quem domabis.
O summe Regum Rex Deus
Saluator, in sancto, meus,
Gressus tui feruntur.
Præcedit ordo cantibus,
Plectris fides motantibus,
Et musici sequuntur.
13 *Pulsant puellæ tympana,*
Dulces & inter cymbala
Hymnos canunt decenter.
In publicis conuentibus
Lauda Deum concentibus
Gens Isaci frequenter.
Hic Beniamin præsens minor

Et ceteris dux est prior,
Hic principes potentes
Sunt de tribu Iudæ satti,
De Zabulonis Naphthalì
Et stirpibus sequentes.

* * * * * *

14 *Fundauit Israel Deus*
Regnum tuum sanctissimus
Tantæ salutis auctor.
Cæptum sed in nobis opus
Vt sit ratum, firma bonus
O magne Iouæ fautor.
Templi domum propter tui
Donis suis reges tibi
Te, seruient, colentes,
Canna latentem bestiam
Hanc increpato pessimam,
Bellum fuga mouentes.

15 *Tauros feroces sternito*
Fortes iuuencos perdito,
Ponant vt arma fracti.
Martem cientes impii
Vectigal & pendent tibi
Fraenis tuis subacti.
Nili duces & principes
Palmis & Indi supplices
Quærent Deum repente,
Reges Iehouæ psallite

Et re-

Et regna laudis tollite
Cantu Deum recente.
16 *Laudate Iouam qui regit*
Cœlo super quod condidit
In seculo priore.
Cuius suas in culmine
Vires reuelat fulmine
Diro tonans fragore.
Debetur illi gloria
Stirpi Iacob notoria
Virtus Dei probatur,
In nubibus quantum valet
Diuina maiestas patet,
Sic esse non negatur
17 *Sanctis Deus mirabilis*
Est in suis: Abramidis
Est tutor & manebit.
Vires dabit genti suæ,
Laudis decus viuum tuæ
Nunquam, Deus, latebit.

PSALMVS LXIX.

Saluum me fac Domine, &c.

Dauid quod iniuste a malis & peruersis, licet in humiliatione & precibus assiduis vitam traduxerit, oppressus fuerit, conqueritur, orat, vt sibi Deus iustitiam tribuere, & ab illis propter transgressionem & magna delicta graues pœnas sumere velit, & quia precum exauditionē sperat, Deo gratias agit

--u---uu-- 1.4.5.7.
--u---u-u-- 2.3.6.8.

Dis. Saluum Deus me redde vocantem, Ad



spiritum nunc vsq; mergor vndis Et




sordibus cœni tegor profundis, Me suffo-



cat styx pene natantem, Fluctus pro-

Te. Saluum Deus me redde vocantem,



Ad spiritum nunc vsq; mergor vndis,



Et sordibus cœni tegor profundis,




Me suffocat styx pene natantem,


Eiusdem Melodiæ cum LI.

Alt.




Bas.



cellis me superauit, Cla-
moribus vox rauca fit, gementis, Vi
sum frequens fletus violauit, Vir-
tus opem dum poscit
ægra mentis.
Fluctus procellis me superauit,
Clamoribus vox rauca fit gementis,
Visum frequens fletus violauit,
Virtus opem dum poscit ægra mentis.




ctus procellis me. superauit, Cla-



moribus vox rauca sit ge men tis,




Visum frequens fletus violauit




Virtus opem dum poscit ægra mentis.







cellis me super a uit, Cla-



moribus vox rauca sit gementis, Visum



frequens fletus violauit,



Virtus opem dum poscit ægra mentis.

2 Hostes capillis sunt mihi plures,
Qui persequuntur me nihil merentem,
Multiplicati sunt super timentem,
Quaruntque totum perdere fures,
Et neminem quamuis spoliaui
Vrgent tamen prædæ solutionem.
Dementiæ qua stultæ patraui,
Sed tu DEVS nosti meæ furorem.
3 Exercitus qui Marte gubernas,
Hanc summe Dux, o ZEBAOTH fidelis,
Qua præstolatur turba te querelis,
Me propter haud confundere pergas.
Rex Isaci, te corde petentes
Opprobrii nunquam ferant pudorem,
Inter scelus cum fraude sequentes
Te propter oris perfero ruborem.

PAVSA.

4 Me turba fratrum nosse negauit,
Cum prole matris proxima scienter,
Templum tuum nam visito libenter,
Desiderans quod zelus amauit.
Opprobrium, quo te petierunt
Hostes tui, me mordent ingementem,
Illi tamen ridere tulerunt
Ieiuniis me tristibus dolentem,
5 Sacco tegor mœroris amari,
De me loqui sed fabulas auebant,
Et per tabernas friuoli canebant,

Nec tædet in porta recitari.
Fracto nimis sed pectore ploro
Ad te DEVS: me quæso lacrymantem
Exaudias, te stratus adoro,
Ex gratia me libera rogantem
6 *Turpi luto me terge volutum,*
Ne mergar vnda raptus in procellas,
Oſoris a me tela tu repellas,
Ne saucient liuore ſolutum.
Scyllæ canes in vortice mundi
Me naufragum ne ſorbeant rapaci,
Nec carceris me tumba profundi
Includat antro conditum voraci.
7 *Audi pater nec deſere ſontem,*
Ingens tui nam candor eſt amoris.
In me tui clementia fauoris
Mitis benignam dirige frontem.
Vultum parens abſcondere noli
Seruo tuo, nam mole cordis angor,
Audi cito, notum tibi ſoli
Te, per dolorem, non iuuante frangor.

* * * * * *

8 *Firma breuem ſolamine vitam,*
Ægramq; luctu libera dolorum,
Grex hoſtium rumpatur vt meorum.
In me ſalutem funde petitam.
Conuitii tu probra notaſti,
Iniuria quæ cum graui ferebam,

Contrarios coram numeraſti,
Tu teſtis es quid ſcandali gerebam.
9 Cor ſaucians afflictio ladit,
In ſpiritu triſtatus & gemebam,
Qui condoleret neminem videbam.
Nemo crucem ſolamine lenit.
Et qui vident me ferre dolores
Eſcam mihi fellis parant amari,
Mixtos aceti fœce liquores
Præbent, ſitim dum poſtulo leuari,
10 His ergo menſæ retia lethi
Sint, & dapes vertantur in venenum,
Vt perdat infectos furore plenum.
Nulla fruantur pace quieti.
Sit capta cæcis lux oculorum,
Vt crure greſſum claudicante mutent.
Lumbi nimis curuentur eorum,
Coxendicis fracta ab ſede nutent.

* * *
* *

11 Infunde vindictam ſceleratis,
Iræ tuæ flammis eos prehende.
Horum domus non incolis tenenda
Sint tecta deſolata fugatis
Plagis enim tu quos oneraſti
Vltra feroci corde perſequuntur,
Dextra tuos & quando grauaſti,
Iactante ſarcaſmum ioco loquuntur.

12 *Culpa reis noxam cumulato,*
In gratiam non gaudeant recepti,
Vitæ libro sint exsules inepti,
Nomen gregi nec iunge beato.
Sum pauper, afflictus q3 labore,
Virtute me saluum tua tueri
Ne desinas vnquam Deus, oro,
Non laudibus cessabo te fateri.
13 *Illud magis, quam cornibus ingens*
Aut vngulis taurus DEO *placebit.*
Hæc turba, quando debilis videbit,
Lætabitur præconia fingens,
Cor viuet, & iam pace fruetur
Veram DEI *quærentium salutem.*
Vilissimis hic nam miseretur,
Captis leuat tollit q3 seruitutem.
14 IOVAM *poli, tellus, freta, Regem*
Laudate, vita quicquid & mouetur,
Per quem Sionis turris erigetur,
Castris struet Iudæ quo q3 sedem,
Quam seminis proles famulorum
Hereditatis iure possidebunt.
Nomen DEI *quicunque decorum*
Fortes amant, hic incolæ manebunt.

PSALMVS LXX.

DEVS in adiutorium meum.


Dauid propter sibi latum auxilium DEO gratias agit, & quod hic solus beatus dicendus, qui Dominum exspectat, conclu-

dit. Insuper de remissione peccatorum. Per obedientiam Messiæ docet, vti hoc 10. He. cap. exponitur. Præterea Deum celebrare & in ærumnis suis inuocare incipit, ea spe se

Dis.



Ten.




exauditũ fore, vt Deꝰ inde laudib. ornetur.


– – ∪ – – – ∪ – 1.4.6.7

– – ∪ – – – ∪ – – 2.3.5.8

Eiuſdem Melodiæ cum XXVII.




ta dolos lethi ſtruentes Con-
fundat oſores rubor, Infamis
explodat pudor Diris ma-
los me deuouentes.
Vita dolos lethi ſtruentes
Confundat oſores rubor,
Infamis explodat pudor
Diris malos me deuouentes.



ta dolos lethi ſtruentes Confundat




oſo res ru bor, In fa mis




explodat pu dor, Diris ma-




los me deuouentes.




los lethi ſtruentes Confundat



o ſo res ru bor,



In fa mis ex plo dat pu dor



Di ris ma los me de uo uen tes,

2 *Victoris aduersarios,*
O si manu cernam cadentes,
Ohe mihi sic sic canentes.
Perdi fuga contrarios
Lætabitur cœtus piorum,
Sed te Deus quarentium,
Laus sit Deo, credentium
Cantabit omnis grex bonorum.
3 *Me cernis afflictum premi,*
Serua Deus luctu solutum.
Saluare te custode tutum
O Iouа festinans veni.





Seclis

In te Domine sperani &c.

Psalmus hic ardentem in se habet precationem prophetæ Dauidis, vt Deus illum defendat, & ex calamitatibus eripiat, secundum spem de Deo conceptam, addita querela quod ab impiis irrideatur, atque explodatur, & quia gratiam & misericordiā Dei re ipsa agnouerit, ne illam amittat, orat, licet ex imbecillitate labatur, cum adhortatione ad fidei & spei constantiam.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.4.
– – ∪ – ∪ – 2.3.
– – ∪ – ∪ – – 5.6.


Eiusdem *Melodiæ* cum XXXI.











Seclis peren nibus, Vt ne-
mo me ladat roga-
ui. Et pro tuo fauore Me
libe res dolo re.
Seclis perennibus
Vt nemo me ladat rogaui.
Et pro tuo fauore
Me liberes dolore.


clis peren ni bus, Vt
nemo me ladat rogaui,
Et pro tuo fauore Me libe- Me li-
be res do lo re.
clis pe ren ni bus,
Vt nemo me ladat rogaui.
Et pro tuo fa uore Me
li be res do lore.

2 *Aures mihi præbe patentes*
Vindex manu Deus
Esto tuæ meus,
Pestes mali contra furentes
Arx fortis atq; duro
Munita petra muro.
3 *Exsolue me dextra nefandi*
Qui vim mihi volet
Inferre qua nocet,
Ne sæuiant in me Tyranni.
In te quiesco mente
A termino iuuenta.
4 *Matris meæ de ventre natus*
Confisus in tui
Verbi sono fui,
Ex matris aluo te vocatus
Semper Deus tuarum
Sum præco gloriarum

* * * * *

5 *Monstrosus a multis videri*
Angor, sed in Deo
Spem pono te meo.
Fauces meas cantu repleri
Et iubilis honorum
Fac dulcibus tuorum.
6 *Non me graui quando senesco*
Ætate proiice,
Ægroq; prospice.
Cum viribus fractis hebesco,

Non derelinque fessum,
Sed subleuato pressum.
7 Hostes enim clam congregati
Arcana quæ mouent
In me loqui solent,
Qui me necent confœderati
Causa licet carentes
Versant dolos nocentes.
8 Ardenter, aiunt, insequamur
Iam rete tendite,
Captum prehendite,
Desertus est, non liberatur.
Me Iouæ qui tueris
Saluare non moreris.
9 Explode conuictos pudore,
Qui quæritant breuem
Vitæ meæ necem.
Confunde damnatos rubore,
Te Iouæ præstolatus
Laudare sum paratus.

* * * * *

10 Narrabo labris æquitatis
Laudem tuæ meis,
Horisq; singulis
Cantare magnæ lenitatis
Non dona præteribo,
Quæ nen referre quibo.
11 Virtute diuina renatus
Stabo potentiæ

Non immemor tuæ,
O Iouæ candorem rogatus
Nunquam tuum tacebo,
Spirare dum valebo.
12 Doctore te primis ab annis
Miranda quæ facis
Iam glorior magis,
Cum me senectus ægra canis
Obducet impotentem,
Ne deseras dolentem.
13 Donec stupendas brachiorum
Vires Deus palam
Orbi tuas canam,
Et posteris dicam priorum,
Est æquitas leuata
Factis tuis probata.

* * * * *

14 Quis par tibi, qui me grauatum
Afflictionibus,
Mersum doloribus,
Terræ profundis intricatum,
Ex morte suscitabas
Vitaq; sospitabas?
15 Me debilem tu roborasti,
Altumq; tu Deus
Extollis in decus,
Conuersus & me liberasti
Vrgente plurimorum
Præ lo periculorum, *

16 *Ergo tibi grates benigno*
Nunc debitas agam,
Te barbito canam,
Psallam tibi splendore digno
Rerum sator beate
Abramidis sacrate.
17 *Oris melos te prædicabit*
Et cor potentia
Gaudebit in tua,
Te spiritus vita sonabit
In morte qua peremta
Per te fuit redemta.
18 *Te lingua cantabit Tonantem,*
Tu nam q3 patria
Dux alme, gratia
Clades mihi turbam parantem
Turpi rubore sternis,
Victam pudore perdis.

PSALMVS LXXII.

Deus iudicium tuum regi da &c.

Vt regnum DEI per Christum adueniat, orat, deque magna diuulgatione, prosperitate, & diuturnitate, regni illius vaticinatur, hæc autem omnia sub figura Regni Salomonis.

– ∪∪– – –∪– – 1.3.
– – ∪– ∪– 2 4.6.8.
– – ∪– – –∪– – 5.7.


Dis



Iudicium da Iouagentis
Iustitiam regis potentis




Regi tuum pio,
Concede filio.



Vt subditos in veritate


Ge.



Iudicium da Iouagentis
Iustitiam regis potentis



Regi tuum pio
Concede filio



Vt subditos in veritate


Semper




Al.



Iudicium da Ioua gentis
Iuſtitiam regis potentis



Regi tuum pio,
Concede filio,



Vt ſubditos in veritate

Baſ




Iudicium da Ioua gentis
Iuſtitiam regis potentis




Regi tuum pio,
Concede filio,



Vt ſubditos in veritate



Semper ſuos regat,



Omniq3 tutos æquitate




Defendat & tegat.



Semper ſuos regat,




Omniq3 tutos æquitate




Defendat & tegat.

2 Tunc populus pacem videbit
Florere montibus,
Iuſtitiæ virtus virebit
Excelſa collibus.
Dum pauperes præſens iuuabit
Protector vndiq3,
Turpiq3 faſtu liberabit
Vindex calumniæ. *




Semper ſuos regat,




Omniq; tutos æquitate



Defendat & tegat,



Semper ſuos regat,



Omniq; tutos æquitate



Defendat & tegat.

*3 *Hinc homines te pertimebunt*
Telluris in ſolo,
Dum radii Lunæ lucebunt
Et Solis in polo.
Deſcendet vt roris pruina
In vellus aridum,
Imber velut ſiccum ruina
Stillans rigat ſinum.

4 *Flore salutis gens fidelis*
Et pace gestiet.
Donec ab altis Luna cœlis
Splendere nesciet.
Æquor mari victo domabit
Rex ille fluminis
Ex amne terris imperabit
Virtute numinis.
5 *Æthiopum gens hunc adorans*
Curuo genu petet,
Hostis eum supplex honorans
Labris humum premet.
Ex insulis pontiq; sæui
Qui terminos tenent,
Felix Arabs, dites Sabæi
Huc dona proferent.

* * * * * *

6 *Et reliqui Regem timentes*
Reges colent Deum
Ante pedes & procidentes
Hymnis canent eum.
Nam pauperes hic adiuuabit
Peccare qui cauent,
Curis egenos liberabit
Tutore qui carent.
7 *Hic inopes cunctos misertus*
Soluet doloribus,
Et miseros saluare certus

Est in laboribus.
A fraude seruari bonorum
Vitam mala dabit.
Nam sanguinis fusi piorum
Magni necem facit.

8 *Viuet: Arabs auri beato*
Et munus offeret,
Fausta precari consecrato
Nec fama desinet.
In montibus frumenta plenis
Nasci videbitur,
Par Libani quassata Cedris
Messis mouebitur.

9 *Luxuriabit flos amœnis*
In ciuitatibus,
Herba viret ceu lata veris
Fœcunditatibus.
In gloria sic rex perenni
Florebit inclytus.
Dum sol lucet, nomen tremendi
Splendebit illius.

10 *Rege beatam prædicabit*
Se quæq; gens Deo,
Et benedicens dedicabit
Se subditam meo.
Laudem dabit regi polorum
Quæcunq; natio.

Sit per decus miraculorum
Laus Isaci Deo.
II *Nomen in aternos canatur*
Iosæ dies prium,
Eius honos omnem feratur
Mundi per ambitum.

PSALMVS LXXIII.

Quam bonus Israel &c.

Ne in bonis temporalibus, in piorum successibus, & piorum persecutionibus fideles*


Dis. *Est attamen fautor Deus*
Abramidis credentibus
Qui corde sunt puro probati,

Te. *Est attamen fautor Deus*
Abramidis credentibus
Qui corde sunt puro probati

*deterreantur, propheta in Psalmo hoc excē-plo suo docet. Sed quod latius vsque ad DEVM progrediendum sit, tum visuros nos, quod impii ceu fumus in nihilum redigantur, & pii in æternum beatitudinis ingrediantur gaudium, ideo DEO adhærere sibi proponit. Psalmus in mundi afflictiones quadrat.

--υ---υ- 1.2.5.6.7.8.

--υ---υ-- 3.4.






Nec ſordibus contaminati.



Errante greſſu deuia



Sed ceſpitans in ſemita




Et lubrico nutans pede



Nec ſordibus contaminati.



Errante greſſu deuia



Sed ceſpitans in ſemita



Et lubrico nutans pede



Nec ſordibvs contaminati.




Errante greſſu deuia



Sed ceſpitans in ſemita




Et lubrico nutans pede



Nec ſordibus contaminati.



Errante greſſu deuia




Sed ceſpitans in ſemita



Et lubrico nutans pede



Lapsus fuissem iam fere.



Lapsus fuissem iam fere.


2 *Dum reprobis succenseo,*
Quos insolentes sentio,
Dum cerno stultos & nocentes
Successibus faustis tumentes.
Non mortis harent in metu,
Nullo laborant impetu,
Sed prosperi semper valent
Et quod querantur non habent.

3 *Vt ceteri nunquam dolent,*
Frangi procellis non solent,
Non proximi fato mouentur,
Pœnæ nec exemplis docentur.
His torquis instar colla sunt
Inclusa luxu quo fremunt,
Et culpa tanquam vestibus
Velat reos excessibus.

4 *Ex optima dulcedine*
Ventris tument pinguedine,
Quæcunq; proponunt libenter,
Re perpetrant ipsa licenter.
*Laudanda culpant inuidi,**



Lapſus fuiſſem iam fere.



Lapſus fuiſſem iam fere.

*Culpanda laudant impii,
Conuitiis dirum ſonant,
Altiſq; verbis intonant,
Blaſphemia cum ſoluitur.
Os turpe cœlo tollitur,
Opprobriis lingua venenum
Terram replet liuore plenum.
Hinc turba vulgi mobilis
Sectatur hos ignobilis,
Huc ſex malorum confugit,
Vndis vt imber confluit.
Sic impudenter garriunt,
Illis pares ſic arguunt,
Hæc quis Deo credat videri
Iouam fideles & tueri?
Sunt hi quidem turpiſſimi,
Primas tamen partes tenent,
Et diuites rerum ſedent
In flore feliciſſimi.
Hoc ergo tandem nil valet

Quod cor meum culpa caret?
Quid me iuuat, quod continentes
Laui manus nulli nocentes?
Frustrane luctu mordeor,
Quando malorum pluribus
Telis fatigor durius?
Cur mane plagis torqueor?
8 Sic pene dixissem viris
Delirio par impius,
Si filios sic improbassem
Falso tuos & iudicassem.
Hæc sed reuoluens sensibus
Quanto magis delibero
Et consequi desidero,
Intelligo tanto minus.
9 Mysteriis donec Dei
Edoctus in sanctis mei
Finem malorum cogitarem,
Hos exitus examinarem.
Ponens eos in lubrico,
Quod tu leuatos euehis,
Rursus sub imum destruis
Verbo fugatus vnico.

* * * * * *

10 Miratur hæc qui viderit,
Quod tam cito gens interit.
Iniusta, fracto quæ furore
Confunditur turpi pudore.

Fucata laruis omnia
Quæ sunt malis ingens decus
Vires opum, famam, genus
In vana mutas somnia.

11 *Hic me tamen, vexans dolor*
Ægrum grauat mœrore cor,
Renumq; pungit cura venas
Per mentis errantes habenas,
Quod stultus imprudens eram
Et tale non cognoueram,
Vultus in aspectu tui
Tanquam pecus brutum fui,

12 *Non attamen te desero*
Quamcunq; sortem perfero,
Nam dextera tu me gubernas
Omniq; tutum parte seruas.
Iuxta voluntatem tuam
Me ducis in victoria.
Saluum coronas gloria
Hanc per quiesco gratiam.


13 *Tu solus in cœlo Deus,*
Et rex es in terra meus,
Te te mihi fautore puro
Cœlum nihil terramq; curo.
Cum carne cordis spiritus
Languore si defecerit,
In te mihi spes hæc erit,
Tu pars meis es viribus.

14 *Auersus a te tam bono*
Deletur infelix homo,
Idolatræ vani necantur
A te Deus qui fornicantur.
Ergo voluptas est mihi,
Te laudibus semper canens,
Dignas tibi grates agens,
Vt te sequar, fidam tibi.

PSALMVS LXXIV.

Vt quid Deus repulisti, &c.

Dis.



Cur nos repellens exsules fremis




Accensus irarum Deus calore,




Quæ flammeo sæuit nimis furore


Tc.



Cur nos repellens exsules fremis



Accensus irarum DEVS calore,





Quæ flammeo sæuit nimis furore

Cum populus DEI omnino destructus esset de tam lata digressione DEI conqueritur, & remissionem peccatorum orans, in magna DEI potentia, qua iam ante populo suo magno amore subuenerat, nititur, & maxime in promissione, qua filios Abrahæ adoptauerat.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.4

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 2.3.






In nos tui paucas oues gregis?




In nos tui paucas oues gregis?

2 *Esto tuæ gentis memor, tibi*
Hereditatem quam diu parasti
Et propriæ mercede liberasti,
Specta Sionem, quod sedes ibi.
3 *Exsurge festinans veni cito*
Contunde plantis subditos nocentes.
Cum factiosis qui tuo furentes
Templum prophanant in sacrario.
4 *Laudi dicatis in tuæ locis*
Clamore stulti rugiunt feroces
Et cum trophæis signa nunc atroces
Ponunt tuis audacter in choris.
5 *Structura fani rupta laditur*
Apparet ictus plurimæ securis,
Est asciis ædes coruſca duris,
Vt sylua frondatore cæditur.
6 *Cælata templi tecta destruunt,*
Postes bipenni dissecant acuta.
Sunt cum tabellis fulcra dissoluta
Et malleis contusa decidunt.
6 *Incendii flamma domum tuam*



Innos tui paucas oues gregis?



Innos tui paucas oues gregis?

Cum turribus ardente perdiderunt
Et nominis (res dira) polluerunt
Sedem tui vastando dirutam.
8 *In corde sic aiunt mali, bonos*
Nunc, euge, deprædemur exsulantes,
Ergo tua laudis decus sonantes
Igni sacras terræ cremant domos.
* * * *
9 *Miraculi non signa cernimus,*
Desunt prophetæ recta nos monentes,
Audimus hic non amplius docentes,
Quo stet malorum fine terminus.
10 *Opprobriis contrarii premi*
Ah quam diu, rex Iouæ, conniuebis?
Hostilibus semperne conticebis
Gressus vehi tuuabis.
6 De balsamo recenti
Vnctum caput fluat.*

Hostisq; cum ruet
Ridebitur videnti.
In morte si iacebit
Vexare me volens
Perdetur & dolens,
His auribus placebit.
7 *Semper pius virebit*
Vt palma cum cedro
In Libbani iugo,
Ventosq; sustinebit.
Plantauit in sacratam
Illas Deus domum,
Cuius per atrium
Gemmam ferent amatam.
8 *Annis licet senescent,*
Fruges tamen dabunt,
Et fertiles erunt,
Plenaq; messe crescent.
In posteris Tonantem
Vt praedicent probum,
Patrem mihi bonum
Iniusta non probantem.

PSALMVS XCIII.

Dominus regnauit decorem indutus est, &c.

Pii DEVM celebrant, quod potentiam suam ipsis declarauerit, cum motam Ecclesiæ calamitatem sedaret.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ –

Dis.



Illustris vt rex imperat Deus



In gloria virtute splendidus.



Orbem sinu fundauit arduo



Vt termino non cedat a suo.

Ttn.



Illustris vt rex imperat Deus,



In gloria virtute splendidus.




Orbem sinu fundauit arduo




Vt termino non cedat a suo.

2 *Hinc firma sedis lux tua manet,*
Exordiis & fine qua caret.


Ali.



Illustris vt rex imperat Deus



In gloria virtute splendidus,




Orbem sinu fundauit arduo



Vt termino non cedat a suo.


Bas.




Illustris vt rex imperat Deus



In gloria virtute splendidus



Orbem sinu fundauit arduo



Vt termino non cedat a suo.


* *Vndis fremunt elata flumina*
Strident procellarum cacumina.

3 *At sauiant fluctus licet maris,*
Insurgat & cœlo fretum vadis,
Est fortior supremus in polo,
Qui cuncta rerum vincit in solo.
4 *Verbo Deus quicquid tuo mones,*
Rectam salutis semitam doces,
Æterna sedem sanctitas tuam
Ornabit, & laudem feret suam.


Dis.



Nostra scelus transgressionis



Qui vindicas, dux vltionis,



Vires tuas ostendito.

Ten



Nostra scelus transgressionis



Qui vindicas, dux vltionis,



Vires tuas ostendito

PSALMVS XCIIII.


Deus vltionum Dominus, &c.

Psalmus hic precationem in se continet contra hypocritas, qui sub specie veræ Ecclesiæ maximi eius sunt hostes, eamque multo acrius quam alii persequuntur.

– – v – – – v – –
– – v – – – v –


1. 2.
3. 4. 5. 6.





2 *Ah quam tu diu conniuebis*
Turgere prauos, & silebis
Fastu fremant vt impii?
Quam fers diu, lasciuia
Vt gloriati frivola
Delicta iactent improbi?


3 *Cadunt tuos per ciuitates,*
Vexant tuas hereditates
Nulla truces clementia,




Exſurge iudex inclyte,



Franum ſuperbis inice,



Panam malis intendito.



Exſurge iudex inclytr,



Franum ſuperbis inice



Panam malis intendito.

* *Orbas trucidant hoſpites,*
Poſt orphanos & ſoſpites,
Dicunt tamen dementia
4 *Hac neſcit, & non intuetur*
Ductor Iacob, non his mouetur,
Curat nihil mortalia.
O ſtulte grex quando ſapis
Finem furori non facis?
Qua mentis eſt inſania?

5 *Aures enim qui seminauit,*
Et luminis visum creauit,
Visu carens non audiat?
Auctor Deus prudentiæ
Gentes reas amentiæ
Qui punit, haud intelligat?
* * *
* * *
6 *Quacunq; cor arcana celat*
Mortale, scrutator reuelat.
Et vanitas quod sint videt,
Fœlix, Deus, quem tu mones,
Legis tuæ cultum doces,
Per te sapit, qui te timet.
7 *Desperet vt non in dolorum*
Luctu, sed obduret laborum
Tranquillus in victoria.
Donec sepulcrum debili
Fiat malo, tam flebili
Et fine cesset gloria.
8 *Hereditatem sed perire*
Pressam malis aut interire
Nunquam Deus custos feret.
Tandem manebit veritas,
Florebit ardens æquitas,
Quam turba iustorum petet.
9 *Quis me nefandis liberabit,*
A partibus quis, quæso, stabit
Contra malignantes mei?
Protectus essem in Deo,

Dudum iacerem frigido
Exſtinctus in buſta necis,
Cum me faterer ceſpitare,
Te protinus ſenſi iuuare
Magna benignum gratia.
Mœrore mens, cum tangitur
Et per dolores angitur,
Vita paras ſolatia.
Commune nil eſt cum ſceleſtis
Vnquam tibi, ceu dira peſtis
Qui falſa pro veris docent,
Confœderati per dolos
Damnant & inſontes bonos,
Iniuria iuſtis nocent.
Quare Deo confido cœli,
Cuſtodia qui me fideli
Seruat ſibi concreditum.
Hic puniet culpa reos,
Et funditus tollens eos
Dignum rependet præmium


PSALMVS XCVI.


Venite exſultemus Domino, &c.


Fideles admonẽtur hic, vt zelum ſuum, DEO ſe ſubiiciendo, ei ſeruiendo, eum adorando, in omni puritate, & abſque ſimultate, Deinde ſe verbo eius ſubmittendo, neque ſe DEO, more patrum opponendo, teſtentur.

—∪—∪— 1.2.4.5.
—∪—∪—∪— 3.6.

Eiusdem Melodiæ cum XXIIII.




Ali.
Huc ite læti iu bilo Nunc glori-
am cœli
Deo Noſtro ſalutari fera-
mus, Vultus ſui coram
Baſ
Huc ite læti iubilo
Nunc gloriam cœli De-
o Noſtro ſalutari feramus, Vultus ſu
i coram throno Gratum melos dul-









2 Nam IOVA dux fortissimus,
Ingens & excelsissimus
Rex est, Deus summus Deorum,
Cum montibus terram tenet
Altis manu, cunctos habet,
In dextra fines locorum.

3 Vasti maris latissimum
Quod possidet fecit sinum,
Telluris & siccum parauit.
Hunc procidendo per preces
Nunc inuocemus supplices,
Gentem suam qui nos creauit.


4 Hic solus est noster Deus
Et nos oues eius sumus
Quorum gregem pascens tuetur.




throno Gratum melos dulci ſono



Et plauſibus pſalmos canamus



ci ſono :/:



Et plauſibus pſalmos canamus.

Non auris obdurata ſit
Cum cordibus quando venit
Et iam Dei vox audietur.
5 In valle ſicut Meriba
Maſſaq; petris deuia
(Inquit Deus) quondam fiebat,
Cum praua tentaret patrum
Me turba, qua miraculum
Multis meum ſignis videbat.
6 Denis quater pertæſus hos
Annis tuli, dura feros
Ceruice, morem nec gerentes,
Hos ecce (dicebam) rapit
Error malus, nemo ſapit,
Sunt impii me non ſequentes.

7 Sic prouocatus perfida
Agente, tandem feruida
Flamma citatus ira,
Stultos dolens me temner⌣,
Hos ergo iuraui mea
Sedem quietis non adire⌣.



PSALMVS XCVI.

Cantate Domino canticum nouum, &c.

Quoniam Psalmus hic omnes populos, vt DEO laudes cantent, adhortatur, Vaticinium quoque de Christo in se habet, sub quo totus mundus ad obedientiam & concordiam fidei redigatur.





2 Cum gloria miraculorum
Gentes sciant vires suorum,
Excelsus & laudabilis
Est Iova formidabilis
Præ cæteris regnat Deorum.
3 A gentibus quales coluntur
Idola dis sunt, nec loquuntur.
Fecit Deus noster polos,
Præcedit hunc ingens honos,
Lux atq; splendor præferuntur.
4 Hic cuncta maiestate plena
Et sanctitatis sunt amœna,
Huc gentium cœtus veni
Et prædica robur Dei
Cum laude virtutum serena.

PAVSA

Debetur illi laus honorum,




Et nomini ſanctiſſimo



Cantate nunc laudes parati




Et nomini ſanctiſſimo



Cantate nunc laudes parati

Vt clareat nomen decorum.
Huc dona promti tollite
Grates Deo perſoluite,
Intrate portas atriorum.
6 *Coram Deo ſiſti paremus,*
Illum fideles inuocemus,
Templi precantes in domo,
Omnig terrarum loco
Iouam timentes iubilemus.
7 *In gentibus per vos patebit*
Regnum Dei, quod permanebit,
Fundabit hic terram ſuis
Vt non recedat, terminis,
Iuſtum tribunal poſſidebit,
8 *Gaudete cœli geſtientes,*


Lætamini terræ scientes,
Stride fretum cum fluctibus
Rus, arbores, cum fructibus
Gaudete syluarum virentes.
9 *Orbem Deus iam visitabit,*
Et regna mundi iudicabit.
Diuina terras æquitas
Et summas gentes veritas
Vt iudicent, hic approbabit.

Disc. 


Rex est Deus potens,



Hinc terra gestiens




Lætatur insularum

Ten. 

Rex est Deus potens,



Hinc terra gestiens



Lætatur insularum


PSALMVS XCVII.


Dominus regnauit exsultet terra, &c.

Magnæ maiestatis & iustitiæ DEI descriptio est, vt omnis sub illo humilietur mundus, & omnis idololatria tollatur. Denique admonentur timentes eum, vt fiduciam in ipso ponant & lætentur.

– – ∪ – ∪ – 1.2,5.6.7.8.
– – ∪ – ∪ – – 3.4.




Cum finibus suarum.
Caligo nubium
Circumdat inclytum,
Sedem sibi parat,
Ex aquitate stat
Cum fini bus suarum.
Caligo nub ium
Circumdat inclytum,
Sedem sibi parat,
Ex aquitate stat


Cum finibus ſuarum.
Caligo nubium
Circumdat inclytum,
Sedem ſibi parat
Ex aqui ta te ſtat
Cum finibus ſuarum,
Caligo nubium
Circumdat inclytum
Sedem ſibi parat
Ex aqui ta te ſtat



2 Præcedit igneus
Hunc ardor, vt ferus
Incendat insolentes
Hostes calor nocentes.
Et flamma fulguris
Stridore turbinis
Terram micans ferit,
Orbis videns tremit
Terrore fulminis.
3 Vt cera, cum vident
Montes Deum, liquent,
Qui regnat Imperator.
Quos condidit creator
Candoris illius
Narrant poli decus,
Et gloriam Dei
Cernit stupens mei
Mortalium genus.

* * * * * *

4 Turpes eos rubor
Confundat & pudor
Idola qui colentes



Qua firma iurium.



Qua firma iurium.

Truncos amant tacentes.
Curuate vos Dei
IOVAMQVE ceteri
Laudate maximum,
Gratatur hac Sion
Nunc audiens sibi.
Iuda domus cito
Lætata nuncio
Terite iudicantem
Tollit DEVS tonantem.
Nam tu supremus es,
Sublimis & sedes
Orbis super globum
Inter Deos locum
Primam throni tenes.
O Qui quæritis Deum
Crimen boni, reum
Vitate prosequentes,
Delicta non ferentes.
Agmen fidelium
Custodit hic pium,
A dexteris malis

Seruat suos sanctis
Saluator omnium.
7 Lux orta qua venit
Iusto diem dedit,
Sunt ergo corde recti
In gaudiis, refecti.
Latare iusta gens
Nunc in Deo ferens
Grates ei: pijs
Sanctumq; iubilis
Extollito canens.



PSALMVS XCVIII.

Cantate Domino canticum nouum, &c.


Adhortatio quoque hæc est, DEVM ob bonitatem fidelitatemque suam, quam Ecclesiæ præstitit, merito agnoscendam laudandi.

– – ∪ – – – ∪ – – 1,3,5.7.


– – ∪ – – – ∪ – 2.4.6.8.

Eiusdem Melodiæ cum CXVIII.





Dextra potens spectacu-
lis. Nobis salu tem pradi cari Fecit
suam cre den tibus, Cunctisq;
iustam nunctia ri
Dextra potens spectaculis.
Nobis salutem pradicari
Fecit suam credentibus,
Cunctisq; iustam nunctiari


trapotens spectaculis. Nobis sa-
lutem pradi ca ri Fecit
suam Fecit su am credenti
bus Cunctisq; iustam nunctiari Synceri-
trapotens spectaculis :/:
:/: Nobis salutem pra-
dicari :/: Cunctisq;
iustam nunctiari Synceri-



Synceritatem gentibus.




Synceritatem gentibus.

2 Magna memor nam lenitatis
Et gratiæ semper fuit,
Gens sacri de veritatis
Fama sua laudem tulit.
Et quæ salutis dona misit
Orbi redemtor nobilis,
Extrema mundi meta vidit.
Lætemur ergo iubilis.

3 Gaudete plausu gestientes,
Psalmisq; læti plangite,
Regi trophæum concinentes
Altum tubis & clangite.
Æquor fremat virtute mota,
Exsultet orbis cum polo.
Gens incolarum surge tota,
Gaudete quæ sunt in solo,

4 Regi Deo ripæ fluentes
Congratulantur murmure,
Cum montibus sylua stupentes



tatem gentibus.



tatem gentibus.

Et saxa saltant turbine.
Hic nam venit nunc imperare
Æquis per orbem legibus,
Et iure iusto iudicare
Mortalium viuens genus.

PSALMVS XCIX.

Dominus regnauit, irascantur populi, &c.

Singularem, qua DEVS erga semen Abrahæ affectus fuit, gratiam describit, dum illud adoptat, addito priuilegio, quòd sibi addictum esse debeat.

– – ∪ ∪ – 1.2.3.4.5.6.
– ∪ – ∪ – – 7.8.

Dic. *Rex est Dominus Cœlo positus,*

Ergo populi Frendent stolidi.

Stans in Cherubim Dux est Elohim,

Orbis hinc furentes Armat ira gentes.

Te. *Rex est DOMINVS Cœlo positus,*

Ergo populi Frendent stolidi.

Stans in CHERVBIM Dux est ELOHIM,

Orbis hinc furentes Armat ira gentes.


Ali.
Rex eſt Dominus Cœlo poſitus,
Ergo populi Frendent ſtolidi
Stans in Cherubim Dux eſt Elohim,
Orbis hinc furentes Armat ira gentes.
Baſ
Rex eſt Dominus Cœlo poſitus,
Ergo populi Frendent ſtolidi
Stans in Cherubim Dux eſt Elohim,
Orbis hinc furentes Armat ira gentes.

2 Magnus tituliſ
In monte Sion,
Excellit ei
Fertes cui ſacratum
3 Lex imperiis
Qua iuſtitia
Et iudicium
In domo Iacobi
4 Laudate Deum
Flexis genibus,
Orate ſacrum.
Vota cui tulerunt,
5 Non ille ſemel
Orando Deum
Supplex famulus,
Audiit libenter,
6 Ductor fuit his
In nube ſuam
Eſt loua ſuis
Omnemq; tribum
Grates fidei
Nomen eſt paratũ.
Eſt aqua ſui,
Punit vitia.
Iuris licitum
Floret huic latori.
Cantando meum
Coram pedibus
* MOSES & ARON
Et decus dederunt.
Paſtor SAMVEL
Quæſiuit eum,
Quem cum patribus
Iuuit & frequẽter.
Cœli monitis
Ponens ſtatuam.







Sed iussa Dei
In via sacrati
7 *Motus precibus*
Clemens vitiis
His omne scelus
Tu nec imputasti,
8 *Omnes hominum*
Efferte pia
Orate sacris
Solus is valebit.

Fecére pii
Fœderis parati.
Nunquam leuibus
In non licitis,
Rex summe Deus
Nec tamè probasti.
Turba DOMINVM
Cum letitia:
In montis agris,
SANCTVS & ma-
(nebit.

PSALMVS C.

Iubilate DEO omnis terra, &c.

Populum DEI adhortatur hic, vt in templo DEI congregetur DEVM propter misericordiam & veritatem adorandi atque celebrandi gratia.

– – ∪ – – – ∪ –





2 Verus Deus, scitote, vos
Fecit, nec ipsi sponte nos.
Gens illius sed pascua
Et grex manemus nos sua.
3 Intrate portas creduli,
Cantate grates seduli
Hymnis implentes atrium
Laudate nomen patrium.



4 *Ingens Dei nam suauitas*
Ingens miserti caritas
Cum veritatis lumine
Durant perenni numine.

PSALMVS CI.

Misericordiam & Iudicium cantabo, &c.

Dauid nondum in pace constitutus votum facit DEO, se ita vitam suam instituturum, ne cuiquam iniuriam faciat sed malis seuerum se præbeat, bonos vero extollat.

--v---v-v-- 1.2.
--v---v-v- 3.
--v- 4.

Dif. De gratia cantabo veritatem,

Præconiis teſtabor æquitatem.

Carmen Deus latum canam tua

De gloria.

Te. De gratia cantabo veritatem,

Præconiis teſtabor æquitatem.

Carmen Deus latum canam tua


De gloria.


Alt
De gratia cantabo veritatem,
Præconiis testabor æquitatem.
Carmen Deus lætum canam tua
De gloria
Bas.
De gratia cantabo veritatem,
Præconiis testabor æquitatem.
Carmen Deus lætum canam tua
De gloria.

2 Culpæ fuga virtutibus studebo,
Donec mihi venisse te videbo.
Vita domum conabor vt meam
Recta rogam.
3 Stultum nefas & praua non amabo,
Osor mali delicta nec probabo.
Mecum scelestos esse denego,
Nullum fero.
4 Proscribo cordis friuolos iniqui,
Nequam mihi non sunt leues amici,
Et criminum qui sordibus scatent,
Hic nil valent.
5 Qui proximi famam loquendo rodit,
Mentis meæ candor serenus odit.
Fastu tumentes atq; pessimo
Non æstimo.
6 Obseruo terræ simplices honestos,
Et subditos quæro mihi modestos.
Seruos fideles semper eligo
Et diligo.
7 Fraudator a me non homo fouetur,*



Exaudi DEVS vocantem
Et clamore te rogantem



Exaudi DEVS vocantem
Et clamore te rogantem

* *Aula mea deceptor amouetur.*
Mendacis os deteſtor impudens,
Non intuens.
8 *Expello ſectas mane reproborum,*
Fœdum genus ferri veto malorum.
Vt ciuitas hac munda ſit DEI
Templo mei.

PSALMVS CII.

Domine exaudi orationem

Piorum gratia Pſalmus hic factus eſt, eo tempore, cum quaſi in Babylon captiui tenerentur, arduam continet precationem, vt Eccleſia reſtauretur, & non ſolũ vt priſticum ſtatum recuperante verum etiam vt regnum DEI poſt hac in meliorem quam hactenus erat, ſtatum redigatur. Denique cum populus tam imbecillitatem quam afflictionem ſuam cognouiſſet in æterna DEI potentia rurſus ſe erigit.

– – ⏑ – ⏑ – – 1.2.5.6.7.8.
– – ⏑⏑ – ⏑ – 3.4.



Exaudi DEVS vocaem

Et clamore te rogantem



Exaudi DEVS vocantem

Et clamore te rogantem



Ad te veniant preces,
Quas profero supplices.
Non auerte quaso frontem,
Sed dignare sape sontem
Ad te veniant preces,
Quas profero supplices.
Non auerte, quaso frontem,
Sed dignare sape sontem




Ad te veniant preces,



Quas profero ſupplices.



Non auerte quaſo frontem,



Sed dignare ſæpe ſontem




Ad te veniant preces,




Quas profero ſupplices,




Non auerte quaſo frontem,



Sed dignare ſæpe ſontem



2 Vitæ nam dies ruentis
Fumi more diffluentis
Soluuntur, & ossa nunc
Torris velut vsta sunt.
Sic cor languidum seneſcit
Arens gramen vt putreſcit.
Panes, dum miser dolebam,
Præ mœrore non edebam.



Sed dignare ſæpe ſontem




Obſeruare cum laboro,



Et te quæritans adoro.



Sed dign are ſæpe ſontem



Obſeruare cum laboro,



Et te quæritans adoro.

Fibris oſſa nunc adhærent,
Qua luctu frequente mærent.
Tanquam cuculus tacens
In fronte caua latens
Obmuteſco lacrymarum
Exhauſtus ſitu mearum,
Par ſum noctuæ fugaci
Et caliginis ſequaci.

4 Instar passeris gementis
Et tecto super sedentis
Noctu vigil excubo
Me veste nec exuo.
Me per scomma criminatur
Hostis trux & exsecratur,
Qui me ridet insolenter
Per me iurat indecenter.

* * * * *

5 Ater me cinis cibauit,
Tanquam panis atq; pauit,
Mixtus lacrymis mihi
Potus fuit in siti.
Tanti causa sed doloris
Est ardor tui furoris,
Quo me tollis ex profundis
Et rursum solo retundis.
6 Anni transiere vita
Vmbra ceu volant petita,
Aristæ velut iacet
Flos surgere nec valet,
Sic marcesco, nec valebo,
Omni sed perennis ævo
Tu viuens Deus manebis,
Et fame decus videbis.
7 Iram sed tuam repone,
Et placatus a Sione
Eius miserere iam,
Et mittito gratiam.

Præsens tempus est iuuandi
Et curis eam leuandi,
Ergo per nouam salutem
Priscam solue seruitutem.
8 *Nam seruitus precantur,*
Vt cæmenta congerantur,
Saxis quoq; ruderum
Consurgat opus nouum.
Tunc nomen tuum timentes
Laudabunt vbiq; gentes,
Omnes & trement honorum
Reges gloria tuorum.
9 *Desolata cum iaceret*
Et muris Sion pateret,
Struxit Deus hanc sua
In symbola gratia.
Grandes pauperum querelas
Cognouit ferens medelas,
Afflicta preceq; gentis
Non commisit ille ventis.
* * * * *
10 *Inscribantur hæc tabellis*
Patrum posteris tenellis
Et nota nepotibus
Sint illa minoribus.
Vt miretur in futura
Gens ætate nascitura,
Et turba decus tonantis
Tollat laude grex ouantis.

11 De cœli throno potentis
In terra solum patentis
Hic vndiq; despicit,
Subiectaq; respicit.
Vt de vinculis dolorum
Catus liberet bonorum,
Et de morte se timentes
Ereptos tegat clientes.
12 Iouæ nomen vt colatur,
Hymnis in Sion canatur.
Ciues Solymæ suam
Narrent ibi gloriam.
Cum per congregationes
Confluxere nationes
Et reges Deo vocati
Inseruire sunt parati.

* * * * *

13 Afflixit mihi valenti
Vires in via cadenti,
Et comminuit breue
Vitæ spatium meæ
In fortis die iuuentæ
Me non auferas repente:
Æuo cuncta deliquescunt,
Anni non tui senescunt.
14 Terras in globo rotundo
Fundasti, sinu profundo
Cœlos tua dexteræ
Firmauit ad exteræ.

Sed tu Ioua permanebis,
Hæc transfire cum iubebis.
Vilescent enim soluta
Vsu vestis vt minuta.
Mutabuntur in vigore
Per te de statu priore,
Velamen vt interit
Versum quod habens gerit.
Es tu qui Deus fuisti,
Nec mutarier tulisti.
Anni non tui teruntur,
Aut ætate finiuntur.
Sic æterna seruulorum
Nati sospites tuorum
In secula gestient,
Finem quoq; nescient.
Cultores tui probati
Sed cum posteris beati
Protectore te manebunt,
Et semen suum videbunt.


PSALMVS CIII.

Benedic anima mea DOMINO, &c.

De magnis variisque DEI beneficiis quibus homines affecit, canit, Deinde omnes creaturas ad laudem & gloriam DEO dandam adhortatur.

—∪∪——∪∪—∪—— 1.2,
——∪———∪—∪— 3.6.
——∪———∪—∪—— 4.5.

Dis.




Mens Domino iam benedic Tonanti,



Nomen & hymno celebrent ſonanti,



Eius ſacrum qua corpus hoc tegit.



Laudem Dei non ſpiritus taceto,

Ten.



Mens Domino iam benedic Tonanti,



Nomen & hymno celebrent ſonanti,



Eius ſacrum qua corpus hoc tegit.




Laudem Dei non ſpiritus taceto,

Al.


Mens Domino iam benedic Tonanti;
Nomen & hymno celebrent ſonanti
Eius ſacrum qua corpus hoc tegit.
Laudem Dei non ſpiritus taceto,

Ba.


Mens Domino iam benedic Tonanti,
Nomen & hymno celebrent ſonanti,
Eius ſacrum qua corpus hoc tegit.
Laudem Dei non ſpiritus taceto,




2 *Debita culpa tibi (quod fatetur)*
Cuncta remisit, simul & medetur
Infirmitati cum laboribus.
Vitam tuam custodiens malorum
A claritibus propugnat, & bonorum
Multis coronat te fauoribus.
3 *Qua cupis illis tua labra pauit,*
Hic aquilam te velut innouauit,
Canos senecta mutat & tua.
Defendit in causa fori clientes
Patronus hic iniuriam ferentes,
Dilectionis per fidem sua.
4 *Est sua MOSI via nota facta,*
Isacidis & patefecit actia,




Et gratia non immemor maneto,



Quate misertus seruat & regit.



Et gratia non immemor maneto



Quate misertus seruat & regit.

Miraculis ostensa pluribus.
Lenis, misertus, mitis & serenus[us],
Est Ioua, clemens, & fauore plen
Indulget ira nec furoribus.
§ Et licet a crimine prouocatus
Ferre neget præsidium rogatus,
Æstu tamen non perpetim furit.
Errata stricto nostra iure nunquam
Plectit, reos nec damnat, vltor vnquam.
Pœna pari punire nec cupit.
6 Quam super Orbem polus eleuatur,
Tam super illos bonitas probatur,
Puriu eum qui cordibus timent.
Occasus ortu distat axe quantum,

Nobis remouit crimen omne tantum,
Delicta mulctam quo minus cient.

* * * *

7 *Vt miseretur genitor satorum,*
Sponte misertus Deus est piorum,
Ira metu qui diligunt eum:
Figmenta nouit namq; nostra, simus
Quod puluueris, quod nil & umbra simus,
Hinc maior vrget caritas DEVM.
Par homo planta, sterilique fœno,
Herba velut flore virens amœno
Qua suaue spirans vestibus nitet,
Cum flante vento stringitur, pruina
Languens breui, vanescit in ruina,
Et quo stetit nemo locum videt.
9 *Gratia verum DOMINI manebit,*
Et super hos perpetuo patebit
Illum timentes qui colunt, amant,
In filios durat filiorum
Candor Dei, qui pacta debitorum
Cum lege seruantes sequi parant.

Dis. *Vita Deum laudato spiritus,*

Te. *Vita Deum laudato spiritus*

Quam

10 *Rex sibi sedem Dominus paranit,*
Culmen olympi sibi conseʒrauit,
Sceptroq; cunctis solus imperat.
Virtute vos o angeli potentes,
Laudate Iouam verba qui volentes
Hæc expeditis quæq; dixerat.
11 *Qui facitis qua voluit, iubentem*
Et colitis rite Deum, potentem
Exercitus laudate nunc eum,
Quacunq; rerum conditor creauit
Laudent eum per regna qua locauit,
Cordis vigor lauda mei Deum.

PSALMVS CIIII.

Benedic anima mea DOMINO, &c.

Insignis hic est Psalmus, in quo Dauid creationem & pulcrum in omnibus rebus ordinem celebrat.


--υ---υ-υ- 1.2 5.6.
--υ---υ-υ-- 3 4 7.8.



Vita Deum laudato spiritus,



Vita Deum laudato spiritus,


Quam fortis es Rex Ioua viribus?
Immensa Maiestatis est potestas,
Virtutis excellens & est honestas.
Vestis refulges gloria tua,
Quam fortis es rex IOVA viribus?
Immensa Maiestatis est potestas,
Virtutis excellens & est honestas.
Vestis refulges gloria tua,



Quam fortis es rex Iouа viribus?




Immensa maiestatis est potestas.



Virtutis excellens & est honestas,




Vestis refulges gloria tua,




Quam fortis es rex Iouа viribus?




Immensa Maiestatis est potestas,



Virtutis excellens & est honestas.



Vestis refulges gloria tua,



Splendore lucis quæ micat suæ:



Cœli thronos extendis absq; metis,



Et contegis terram velut tapetis.



Splendore lucis quæ micat suæ:




Cœli thronos extendis absq; metis,




Et contegis terram velut tapetis.


2. Vndam cauans in fornicis modum
Aulam paraſti regiam polum.
Currus vehit te nubium tonantem
Incedis & ventum ſuper volantem.
Sunt angeli flatus tui leues,
Et nunctiant mandata prapetes.
Fulgur fero cum fulminis fragore
Et flammeo ſeruit tibi calore.




Splendore lucis qua micat sua:



Cœli thronos extendis absq; metis,




Et contegis terram velut tapetis,



Splendore lucis qua micat sua:



Cœli thronos extendis absq; metis,



Et contegis terram velus tapetis.

Fundata centro terra nobilis
Nunquam sua de sede mobilis
Flectetur inclinata, nec recedet,
Et non basi fixam manere tædet.
Vnda solum circumdabant prius
Riuis abysso profluentibus.
Colles super duros aqua ruebant,
Montes procella maximos tegebant.

4 Iussu tamen fugere de tuo
Stagn oq; defluxere de suo.
Cum vocis audirent tuæ boatum,
Cursu fugæ cessere per meatum.
Alto patent montes cacumine
Valles latent sub celsitudine
Fines eis tu proprios dedisti,
Nec transgredi metam Deus tulisti.
* * * *
*
5 Diuisit aquor littus arido.
Telluris excessu nefarto
Ne forte partes effluens inundet,
Et ceu prius siccum tegens abundet.
Hinc in latebris orta montium
Manat scatebris lympha fontium,
Demissa qua riuo salit fluenti,
Et murmuris stridet sono frequenti.
6 Omnes ibi sedent sitim fera
Quæ lustra siluarum colunt fere,
Et bestiæ se recreant bibentes
Per ruris agros pascuum sequentes.
Ramis aues hic in comantibus
Aures solent mulcere cantibus,
Per vocis argutum melos canoræ,
Et carmen artis garrulum sonoræ.
7 Montes rigas humore desuper,
Et prata tingis rore leniter,
Hinc terra dines frugibus redundat,
Te dante semen messis vt refundat.

Fœno pecus crescente pascitur,
Et gramen illi dulce nascitur,
Tu cum satis panem facis creari
Cuius potest donis homo cibari.
7, Humana vino corda si calent
In gaudiis latantur & valent.
Ex pane confortantur atq; viua
Forma decus succi parant oliua.
Pingui reflorent arbores solo,
Cedri virent in monte Libano,
Quas ipse plantauit manu potenti
Cœlo Deus fœcundat & pluenti.
9 Hic alites nidos sibi struunt
In fronte, pullos atq; nutriunt,
Hic ardea pini sedent in vmbra
Et nube gaudent conuolare summa.
Rupes in altas dama profugit,
Tuta sibi de sede prospicit.
Ædes cauerna sunt cuniculorum
Formant in antris & specus suorum.

* * * * * *

10 Partitur annum luna mensibus
Cursu vices certas habentibus,
Sol mane surgens tollitur profundis
Et vesperi frontem recondit vndis.
Sero tenebra noctis ingruunt,
Caliginem terris & inferunt.
Castris suis tunc bellua latentes
Clam prodeunt non conspici volentes.

11 Proles leonum rugiunt, grauem
Sedare pradis vt queant famem.
Rauco gementes & precantur ore
Victum sibi ferri Deo datore.
Aurora Phœbum quando prænenit,
Occulta rerum luce detegit,
Sunc in casas se protinus recondunt,
Nam visa venatore tuta non sunt.
12 Orta die surgens homo cito,
Vt postulat vita vocatio,
Lata laborem ferre mente durat,
Hortos colit, cum rure prata curat.
Quam magna virtus sit Deus tua
Rerum docent exempla plurima.
Ingens opus prudenter ordinasti,
Omnem tuis terram bonis beasti.
13 Immensa vasti summitas maris
Pisces alit mirabiles aquis,
Quorum genus formasq; differentes
[illegible] satis cognoscet eloquentes.
Hic acta ventis vela nauium
Æquor volant remis per auium,
Immanibus cete stupenda tergis
Et faucibus ludunt ibi superbis.

* * * * *

14 In largitatis prouidentiam
Omnes creatura Deus tuam
Sperant, vt a te dante nutriantur,
Et temporis victu sui fruantur.

Illis modo prabente te cibum
In postulantem colligunt sinum,
Quam dextera donas eis aperta
Reples bonorum copia referta.

15 *Sed quando vultus gratiam tui*
Abscondis, aura nesciunt frui,
Si spiritum vita necas sonantem,
In puluerem soluuntur auolantem.
Oris per afflatum tui breuem
Cordis resumunt halitum leuem,
Et suscitantur mortis ex dolore,
Terram reformas tu nouo colore.

16 *Laus sit Deo per cuncta secula*
Qui lucidum formauit athera,
Illi placent perfecta qua creauit,
Cunctis opus rebus suum probauit.
Telluris orbem quando conspicit,
Terrore grandi meta contremit.
Montes parum si tangit altiores,
Spirant atros fumi metu vapores.

17 *Hymni Deo psallens melos canam,*
Donec vigor vitam reget meam,
In carne fibras sospes & mouebo
Laudem Dei cum gloria docebo.
Illi tamen supplex mei, precor,
Acceptus vt sit carminis tenor.
Sic gaudio lætabor incitatus
Et nomen eius pradicabo gratus.

18 *Inter bonos tollantur improbi,*
Et funditus perdantur impii.
Sed tu mea vis, euge, viua mentis
Numen Dei lauda sacrum potentis.

PSALMVS CV.

Confitemini Domino & inuocate &c.


Hymnus hic est, ad euehendam bonitatem & misericordiam Domini, dum genus Abra-




hæ gratis sibi elegit, & bonitatem suam iam ante in eo declarauit. Præterea, quod hoc omne factū sit, vt ii, qui ipsi ob hoc deuinciuntur, ei quoque seruiant, & præcepta eius obseruent, affirmatur & illustratur.

--u---u-- 1.2.

--u---u- 3.4.5.6.






2 Psalterii chordæ mouentes
Gaudete plausu concinentes,
Narrate quam mirabilis
Quam sit Deus laudabilis.
Hunc chorda, qua saluamini,
Quærentium lætamini.
3 Vires Dei considerate
Eiusq. vultum quærite,
Oblita non sint pectora
Quam mira fecit dextera.
Narrate quam iustissimus
Iudex sit hic sanctissimus.
4 Abrahamida vos procreati
Et de Iacobi stirpe nati



Dextra potenti qualia



Hic fecerit magnalia



Dextra potenti qualia



Hic fecerit magnalia.

Quorum ſibi caram Deus
Elegit in gentem genus,
Qui fortitor nos protegit
Et cuncta ſupremus regit.

* * * * *

5 Fœdus recordatur ſacratum
Stans in dies aternitatum,
Decreta verbi cogitat
Quæ ſic Abramo vouerat,
Vt tot nepotum millibus
Teſtata durent illius.
6 Hæc voluit, inquam, mente pacta
Iſac ſuo patriq; facta.
Et quæ Iacob promiſerat

Vt ſeruet hæc, deliberat.
Hoc ius in Iſraele ſit
Ætate quod non interit.
7 *Sedem tibi, dixit, parabo,*
Terram Canan gratis dicabo.
Ex ſorte cedens propria
Hæreditas vt ſit tua,
Pauci licet tales erant
Huc exteri qui venerant.
8 *Paſſim tamen iuncti meabant,*
Per regna gentes viſitabant
Cuſtode protecti Deo,
His vt noceret non homo.
Reges rebelles qui ſua
Occidit electos fuga.

* * * * *

9 CHRISTOS *meos non tangitote,*
Nec cum Prophetis angitote:
Immiſi orbi tunc famem
Paniſq; defectum grauem,
Præmiſit illis ſed virum
Ad regna Nili præuium.
10 *Præcurſor hic* IOSEPH *dabatur,*
A fratribus qui vendebatur,
Captuſq; nimellis fuit
Et compedes duros tulit.
Donec Deus verbo ſuam
Illuminaret gloriam.
11 *Præſagio vates futuri*

Inclaruit cordisq; puri,
Rex per ministros hinc suis
Soluit redemtum vinculis,
Sceptro potens seruum Dei
Et liberauit maximi.
12 Illi domum totam, bonorum
Et credidit curam suorum
Eiusq; fraenis publicos
Parere iussit subditos.
Regni senatum conscia
Informet vt prudentia.

* * * *
* *

13 Gens ISACI cum plebe vili
Ad plana venit stagna Nili.
Hospes Iacob terram Chami
Possedit, illo sed Iati
Creuere mox successibus
Iam fortiores hostibus.
14 Aegyptiae sed corda genti
Vertit Deus motu frementi,
Abramidis contrarii
Essent vt aduersarii.
Omniq; tentarent dolo
Seruos DEI tolli solo.
15 Cum fratre MOSEN, quos probauit,
Ad Barbaros mitti parauit.
Vt iussa mandati sui
Memphitico ferrent duci.
Qui mysta per spectacula

Fecere tot miracula.
16 Terras obumbrauit tenebris
Caliginum tectas latebris,
Intuncta legati duo
Ardore præstabant suo.
In sanguinem versis aquis
Pisces necauit sub vadis.

* * * *

17 Ranis Phari regnum scatebat,
Ranis thorus Regum patebat.
Cum diceret verbum Deus,
Insecta, vermes, & genus
Mordens pedum terra locos
Omnes replerunt, & domos.
18 Grando ferox successit imbri,
Flammas & emisere nimbi.
Qua vulneratis vitibus
Fregere ramos ficubus.
Dixit, locusta maxima
Iunxere bruchis agmina.
19 Pestes in agros ha volabant,
Et cum satis gramen vorabant.
Primogenam qua floruit,
Prolem Deus letho tulit.
Eduxit argenti suos
Auriq; gazis obrutos.
20 Exercitus prosper valebat,
Morbo iacens nemo dolebat.
Lætata Memphis viderat

Cum sancta gens exiuerat,
Nam grandis Ægyptum metus
Innaserat cum ciuibus.

* * * * *

41 Nubem Deus cœlo regebat
Qua castra migrantûm tegebat.
Et flamma noctu prauia
Lucem dabat cum semita.
Iona rogantes numina
Pauit coturnix plurima,
42 Hos pane cœlesti cibauit,
Petraq; fortes dissecauit,
Emissa fontis flumina
Per sicca ducens culmina.
Thara sato qua debitor
Iurauerat, non immemor.
43 In gaudio caros ducebat,
Catamen electos mouebat.
Illisq; terras gentium
Et res dedit cedentium,
Quas per laboris perditam
Quasiuerant solertiam.
44 Tantis erant donis beati,
Rectum sequi callem parati
Vt iura seruarent Dei,
Ex lege parerent ei.
Hac, summa, pro victoria
Laus sit Deo cum gloria.

PSALMVS CVI.

Confitemini Domino quoniam, &c.

In psalmo hoc benignitas DEI adeo illustris redditur, vt Iudæi cum patribus suis sibi

Dis.



Laudate Iouam nunc bonum



Qui gratiæ nescit modum,



Quis quæso verbis explicabit



Quæ prodidit magnalia?

Te.



Laudate Iouam nunc bonum



Qui gratiæ nescit modum.



Quis quæso verbis explicabit




Quæ prodidit magnalia?

ipsis ob ingratitudinem & pertinaciã suam sententiam ferant, quod beneficia talia nõ agnouerint, vt delictorum horum veniam consequi possint.

– – ∪ – – – ∪ – 1.2.4.6.
– – ∪ – – – ∪ – – 3.5.

Alt.



Bas.



Et calculo quis computabit



Laudet ſatis vel talia?



Et calculo quis computabit



Laudet ſatis vel talia?

2 *Præcepta felix qui facit,*
Et iuſta cum rectis agit.
Noſtri memento per fauorem,
Quo tu, Deus, gentem fouet,
Et viſita me per vigorem
Certum ſalutis, ceu ſoles.
3 *Vt particeps ſiam boni*
Quo paſcis electos tibi.
Da gaudio me concitari
Plebis ſalutem, per tua
Me de tuo fac gloriari
Hæreditatis munere.

* * * *
* *

4 *Cum patribus noſtris tibi*



Et calculo quis computabit



Laudet satis vel talia?



Et calculo quis computabit



Laudet satis vel talia?

Peccauimus nos impii,
Iniusta nobiscum patrabant
Nostri parentes, fœderis
Et ne cii non ponderabant
Nilum secus quæ feceris.
5 Hi cœcitatem per suam
Nunquam fidem stulti tuam
Videre sed facti rebelles
Iuxta maris littus rubri,
Quamuis eos saluare velles
In nominis laudem tui.
6 Ponti procellis imperans
Siccabat, undas increpans
Turbas, Deus, sic traducebas.

Plantis euntes aridis
Oſoris e dextra trahebat
Tutatus a contrariis.
7 *Hoſtilibus telis eos*
Et morte fecit liberos.
Hoſtes aquæ merſos vorabant,
Non vnus horum vixerat.
Tunc facta Iouæ prædicabant,
His credulis qui dixerat.
* * * * * *
8 *Vires at obliti Dei*
Obtemperabant non ei.
Conſulta non eius petebant,
Luxu graues turpiſſimo
Tentare Iouam non timebant
In rure deſertiſſimo,
9 *Voti Deus quin compotes*
Effecit, & multas dapes
Ad nauſeam miſit repletis,
Cum fratre Moſen ſed nimis
Tunc prouocabant inquietis
Atrociter conuiciis.
10 *Tellus fatiſcens horruit,*
Vortex Abiram ſorbuit,
CORE N, DAT AN, flamma cremarunt.
Idolon auri peſſimè
HOREB ſuper montem locarunt
Formam colentes beſtiæ.
11 *Cultum Deo ſic debitum*

Vertere tauri creditum
Ad numen herbas ruminantis,
Auctoris obliti Dei,
Nil gesta curantes Tonantis
Quæ viderant Ægyptii.

* * * * *

12 *Nil impios spectacula*
Mouere, nec miracula
Agris Chami nuper probata,
Nec quæ per undas fecerat.
Ira Dei sic prouocata
Omnes mori decreuerat
13 *Ni voce MOSES supplice*
Flexoq; stratus poplite
Tantis opem rebus tulisset,
Iram Dei plorabilem
Et deprecando leniisset
Reddens eum placabilem.
14 *Hæc arua quærebant minus*
Desiderabant quæ prius,
Verbis DEI non nitebantur.
Sed murmurabant in cassis,
Nec voce IOVÆ flectebantur
Linguis proteruis asperis.
15 *Offensus his ergo fuit,*
Dextramq; feruens extulit
Vt perderet casos eremo,
Et semen illorum fuga
Dispergeret per regna, nemo

In sede gauderet sua.

* * * * * *

16 *Muto Baal* trunco Peor,
Addixit omnis turba cor,
Oblata consumens Deorum,
Vita carent qui lumine,
Hinc plaga peccantes malorum
Laeso peremit numine,
17 *At Phineas surgens reos*
Et lancea plectens eos
Zelo severus corrigebat,
Morbi lues tunc desiit,
Vindicta cui laudem ferebat
Quae perpetim non deficit.
18 *Ad litis undam turpia*
Quae non movebant iurgia
Mosen lacessentes furore:
Qui multa lenis cum tulit
Cordis supremo prae dolore
Lapsus fere lingua fuit.

* * * * * *

19 *Non Ethnicos percusserant*
Vi verba IOVÆ iusserant,
Sed gentibus mixti nefandis
Morum secuti sunt genus,
Diis servierunt exsecrandis,
Hoc perdidit sontes scelus.
20 *Cum filiabus filios*
Heu Damoni tandem suos

Diro parentes obtulerunt.
Cari latronns sanguinis
Vanis nepotes & dederunt
Terra Canan prastigiis.
21 *Fines eos crudelibus*
Infecerant sic cadibus,
Ipsi malo contaminati
Vita fuerunt crimine,
Et turpiter sunt fornicati
Nullo leues discrimine.
22 *Diuina mens in proximam*
Hoc per nefas & noxiam
Exarsit hinc hereditatem.
Subiecit illam gentibus
Tristi iugo qua prauitatem
Soluere delinquentibus.

* * * * *

23 *Sub mole dura debiles*
Frenis domabant flebiles.
At sape succurrens leuauit
Vltra refragantes sibi,
Victos & hostis subiugauit
Erroris in pœnam sui.
24 *Tandem misertus patria*
Audiuit illos gratia
In rebus aduersis gementes
Pactimemor quando fuit,
Et pœnitens ira querentes

Saluare vindex annuit.
25 Commouit ad clementiam
Custodia præsentiam.
Ex gentium captiuitate
Serua reductos mos Deus.
Nomen tuum festiuitate
Gratissimi cantabimus.
26 Abramidum sit laus Deo
Omni perennis seculo,
Tollatur eius laude nomen,
Qui summus est victoria
Diuant pii, sic fiat, AMEN.
Diuina viuat gloria.






PSALMVS CVII.


Confitemini Domino quoniam &c.


Quod omnes tentationes veniant & tollantur iuxta voluntatem DEI Psalmus hic docet. Adhæc omnia allegat pericula eorum, qui in deserto sunt, vinctorum nempe, ægrotorum, in mari fluctuãtium, preces etiam eorum, quid orent, quidque cõsequantur, & quare DEO gratias agant, quod denique hæc omnia in manu DEI sint, qui nutu suo cuncta moderatur.

– – ∪ – ∪ – – 1.3.6.8.
– – ∪ – ∪ – 2.4.5.7.





Eius fauor perenni
Duratque seculo.
Ex hostibus Dei
Virtute liberati
Eius fauor perenni
Duratque seculo.
Ex hostibus Dei
Virtute liberati


Eius fauor perenni
Durat q3 seculo.
Ex hostibus Dei
Virtute liberati
Eius fauor perenni
Durat q3 seculo.
Ex hostibus Dei
Virtute liberati



2 Quos quattuor vocauit
Ex partibus poli,
Et diuitis locauit
In sedibus soli.
Quos rure protulit
Ex inuio vagantes,
Cum terra non fuit
Qua ferret exsulantes.
3 Potu ciboq; flebant
Turba carentium
Et languida dolebant
Vires querentium.
His in malis Deum
Ardenter inuocabant.




Nunc debitas ei



Laudes referte grati.



Nunc debitas ei



Laudes referte grati.

Et supplices, eum,
Exsoluit, vt rogabant,
Recta via reduxit
Errantium choros,
Dulces in orbe struxit,
Quos incolant, focos.
Hi debitas Deo
Grates honore soluant,
Et facta gaudio
Miraculosa tollant.
Lympha sitim palatis
Restinxit aridis,
Ægram famem paratis
Sedans cibariis.

Dum sarceris lacu
Capti nigro sederent,
Et compedes manu
Vinctos pari tenerent.

* * * * *

6 *Præcepta quod docentis*
Excesserant Dei,
Et gratiam monentis
Contemserant rei.
Hinc pœna criminis
Pressit sui grauatos,
Spretiq; numinis
Neglexit ira stratos.
7 *Donec Deum querentes*
Mouere fletibus,
Exaudiit gementes,
Solutiq; retibus.
Et de periculis
Tantis eos leuauit,
Ruptisq; vinculis
A morte liberauit.
8 *Grates honore soluant*
Hi debitas Deo,
Miracula sua tollant
Et signa gaudio.
Cum tanuis fores
Hic aneas abegit,
Cum veste cardines
Et ferreo refregit.

9 Stulti metu laborant
Qui conscientiæ
Et sontis acta plorant
Incontinentiæ,
Vt nauseæ cibi
Fastidiant saporem,
Mortisq; territi
Iam sentiant dolorem.
10 Hi cum Deum petentes
Ardenter inuocant,
Exandit & gementes
Exsoluit vt rogant.
Verbo malis suo
Languoribus medetur,
Et mortis a iugo
Curabiles tuetur.
11 Grates honore soluant
Ergo pias Deo,
Miraculosa tollant
Et signa gaudio,
Aris & immolent
Donum sacris decenter,
Latiq; personent
Vires DEI frequenter.
* * * *
* *
12 Naut & fretum carinis
Per vela qui secant,
In fluctuum rapinis
Mercantur, & meant,

Vndis opus Dei
Videre diffluentes,
Miraculis rei
Fatalibus stupentes.
13 Ventus mari rebellis
Quando iubet, volat,
Ponti salum procellis
Inuertit & rotat.
Ad summa sydera
Rapti cito vehuntur,
Iam iam sub infera
Mersi vadis queruntur.
14 Hinc inde diuagantes
Nutant, vt ebrii,
Et nesciunt natantes
Possint an eripi.
Tantis furoribus
Fracti Deum precantur,
Per quem doloribus
In maximis tuuantur.
Ventos enim furentes
Compescit, & domat.
Fluctus freti tumentes
In planã collocat.
Tranquillitas maris
Cum fit die serenã,
Lætos refert ratis
In tuta merce plenã.
16 Grates honore soluant

Hi debitas Deo,
Miracula tollant
Et signa gaudio.
Hæc in fidelium
Turba decet fateri,
Et cœtui senum
Testes eos haberi.

* * * * * *

17 Siccans aquas patentes
Exhaurit humida,
Torret lacus madentes
Et magna flumina.
Ex fertili solo
Campum facit carentem
Nam culpa cum dolo
Terram replet nocentem.
18 Arens aquis inundat
Stagnantibus solum,
Quo driuulis abundat
Omnem rigans locum
Hæc arua cum iugis
Donat fame grauatis,
Condant ibi suis
Vt tecta ciuitatis.
19 Agros arant rigentes,
Et vineas colunt,
Fructus humi recentes
In messe colligunt.
Ciues propagine

Ditat pari beatos,
Fœtoq; semine
Auget greges renatos.
20 *Penuria bonorum*
Iam pauperes dolent,
Iniuria dolorum
Vexantur & iacent.
Contemtibus fremunt
Et principes Tyranni,
Deserta qui petunt
Erroribus nefandi.
21 *Sed vindicans egentem*
Mox erigit Deus
Tanquam gregem valentem
Auget suum genus.




*Hæc audiunt boni,
Lætoq; corde gaudent
Turbantur improbi,
Verbum loqui nec audent.
22 Hæc, qui ſapit, reſeruet
In mente ſobria.
Miratus inde cernet
Diuina munera.

PSALMVS CVIII.


Paratum cor meum Deus. &c.

Eiuſdem ſententiæ eſt partim cum 57. partim cum 90. Pſalmo.

–– ∪ – – – ∪ – 1.2.3.4.5.6.
–– ∪ – – – ∪ – – 7.8.




mi Deus dulci canam
Ex sur gi-
to psalterium :|:
:|: Canta chelys mysterium Me-man-
Te mi Deus dulci canam
In gloria gaudens palam.
Exsurgito psalterium,
Canta chelys mysterium,
2 Te pradicabo gentibus
In publico praesentibus,


Deus dulci canam In gloria
gaudens pa lam
Exſurgito pſalterium. Canta
:|: che lys myſterium
Deus dulci canam In
gloria gaudens gloria gaudens palam, in gloria
gaudens p alam. Can-
ta chelys chelys myſterium, Me
Et nomini pſallam tuo
Ex cordis imo vinculo.




Tranſit tui nam patria
Cœlos fauoris gratia,
Et veritas in te beata
Surgit ſuper nubes leuata.
3 *Tranſcende cœlos gloria,*
Terram reple victoria.
Vindex amicos vifera
Exaudiens me libera.
De ſede ſacra me Deus
Solatus es latum meus,
Non me SICHEM diuiſa ſpernit,
SVCHOT mihi dimenſa ſeruit.
4 *Patris IACOBI iam tribus*
Parent mihi cum fratribus,
GALAAD, MANASSES, EPHRAIM
Et me timebunt ELOHIM.
Martis per hunc exercitum
Vires caput ſumet meum.




Me mane ſurgens præparabo



Coram Deo viuente ſtabo.



Me mane ſurgens præpara bo



Coram Deo viuente ſtabo.


Regni decus IVDAS parabit.
Et legifer dux imperabit.
MOAB potentis gloriam
Ollam velut lotoriam
Calcabo plantis duriter,
Calces leuabo puriter.
EDOM ſuper terram meos
Ponam gubernans calceos.
Tellus PHILISTARVM reſulta,
Ponam trophæum laude multa.
In ciuitatem pluribus
Quis ducet altam turribus?
Quis nunc Idumæi bonum
Me ducit in ruris ſolum?
Hoc nonne tu faxis Deus,
Nos exſules hoſtis ferus

Quo non manum prabente ſtratos
Vaſtauit, & vicit fugatos?
7 *Nobis opem fer cœlitus*
Ruptis malorum retibus.
Humana virtus nil valet,
Et ſpem ſalutis non habet.
Ductore Iouapranio
Pugnam ciemus pralio.
Hic nos triumpho liberabit,
Calcaneis hoſtes domabit.

PSALMVS CIX.

DEVS laudem meam ne taceas, &c.


Dauid primo innocentiam ſuam teſtatus, & præſertim, quod inique affligatur, ad pre-



ces confugit, quod nulla hostium conuersionis spes relicta sit, considerans, ideo vindictam orat, facta enumeratione pœnarum quas reprobi ferre solent, sicuti vere personam Christi præfigurans, de hostibus Ecclesiæ, Spirituali Zelo, & non carnali affectu loquitur, quemadmodum in fine hæc iudicantur.

– – ∪ – – – ∪ – – 1. 2. 3. 4.

– – ∪ – – – ∪ – 5. 6.





2 Iniuria me non merentem
Hostes petunt, & non nocentem
Odere, semper quos amaui.


me malus vexat frequen ter,
Et labra laxans impudenter In
me ſpu it men da cia O-
mni ſcatens fallacia.
Nam me malus vexat fre quenter, Et
labra laxans impudenter
In me ſpuit mendacia
Omni ſcatens fallacia.
Hos, inuidi quod ſint, probaui
Supplex adoro ſed Deum
Solamen eſt idem meum.

3 Damno rependunt largitatem,
Liuore soluunt caritatem,
Quorum domari tu salutem
Fac impii per seruitutem.
Astet Sathan terrens ei
Ad dexteram custos rei.
4 Suffragiis iudex carentem
Causa fori damnet cadentem,
Votumq; cordis non serenum
Vertatur in culpa venenum.
Vita dies paucos terat,
Alter suum munus ferat,
5 Sint Orphani proles parente,
Orbata sit coniux cadente,
Et patria pulsi suorum
Fac exsulent nati malorum.
Capta domo nudi gemant
Panemq; mendici petant.
6 Per fœnus vsurariorum
Vilescat & partem bonorum
Extranei tollant, egenti
Nemo fidelis sit querenti.
Si noxa pupillos premat
Nemo miserius protegat.
7 Eius propago deleatur,
Nec semen in terra feratur.
Stirps in gradu cesset secundo
Radicitus sublata mundo.

Oblita mens non sit Dei,
Fecere patres quæ rei.
8 Matris scelus cum prauitate
Appareat contaminata,
Et criminum delicta nota
Vultu Dei non sint remota.
Tollatur e viuentibus
Infame nomen gentibus.
9 Quod pauperis nunquam misertus
Nunquam fuit fautor repertus,
Turba nec insonti pepercit,
Contra fidelet arma vertit,
Vt persecutor sterneret
Letho propinquos perderet.
10 Optauit exsecrationem
Cuius feret vastationem
Et gratiam nunquam precatus
Illa carebit non beatus.
Diris furorum testibus
Velatus est vt vestibus.
11 Perfusus est damnatione
Vnda velut potatione,
Vt ros oliua crura transit
Illum super sic ira mansit.
Hanc pallium tanquam ferat,
Vt baltheum cinctus gerat.
12 Talis detur merces meorum
Iniuria contrariorum
Qui me maligne persequuntur,

Vitam minas contra loquuntur.
Sed me, rogo serua Deus,
Protector esto tu meus.

* * * * * *

13 Tu dulce solamen grauato
Me per tuum nomen iuuato,
Nam pauper & turbatus angor,
Cordis graui mœrore frangor,
Vanesco mox, vt vesperi
Vmbræ sub alis Hesperi.
14 Nusquam manens a sede vellor,
Tanquam locusta rure pellor.
Ieiunio & genua nutant,
Gressus suos infirma mutant.
Marcet caro torpedine
Omni carens pinguedine.
15 Ludibrio me iam dolentem
Hostes habent nulli nocentem,
Cum me vident multo proterui
Risu caput quassant superbi.
Sed tu Deus per patriam
Me liberato gratiam.
16 Quando mihi contrariantur
Opprobrio turpi tegantur.
Vt candido sim lætus ore,
Cernam & priuatos honore.
Confundat infames rubor
Et vestiat septos pudor.
17 Lingua canens laudem sonanti


*Grates DEO dicam tonanti,
Qui pauperem semper misertus
Exaudit, hoc praestare certus,
Ne liberatum supprimant
Damnare letho qui parant.

PSALMVS CX.

Dixit DOMINVS DOMINO meo &c.

Hoc in psalmo regnū Christi describit, quod in Sion initium cepit, & deinde vsque ad finem mundi peruenit & absque fine durabit, donec Christus a toto adoretur mundo, & inimicos suos subsellium pedum suorum posuerit.

−vv− − −vv−v− 1.3.
− −v− − −v−v− 2.4





A dexteris Regni sede meis,



Dum pedibus ponam tumidos ego



Hostes scabellum subiacens tuis.



A dexteris Regni sede meis,




Dum pedibus ponam tumidos ego



Hostes scabellum subiacens tuis.

2 Imperii sancta Dominus tibi
Mittet Sionis sceptra de domo,
Hostibus vt rex in mediis ibi
Augustus omni floreas loco.

3 Hoc decus in virtute tua vident
Illi triumphis turba seruiet,
Aurea quot rores pariet nitens
Aurora, proles tot tibi feret.




A dexteris Regni ſede, meis,




Dum pedibus ponam tumidos ego



Hoſtes ſcabellum ſubiacens tuis.



A dexteris regni ſede meis,



Dum pedibus ponam tumidos ego



Hoſtes ſcabellum ſubiacens tuis.

4 *Quod* DOMINVS *iurauit eum die*
Nulla fidelem, crede, pœnitet,
MELCHISEDECIS paſtor in ordine
Æternus es, qui cuncta præuidet.

5 *Eſt Deus a dextra tibi, maximis*
Ardens in irarum furoribus
Cum fremet, altos vndiq; noxiis
Hic conteret Reges doloribus

6. Iudicio gentes ſubiget graui,
Lethoq; fuſos prœliis dabit.
Et capitum tot millia compari
Quaſſabit æſtu, terra qua capit.
7. Ille ſitim ſedabit aquam bibens
Torrentis, exſul pauper in via,
Ergo caput de puluere prominens
Tollet perenni dulce gloria.

Diſc. Ex intimo cordis mei

Cum gratia laudes Dei In ſedibus ſol-

uam bonorum Diuinitatis

Te. Ex intimo cordis mei

Cum gratia laudes Dei In ſedi-

bus ſoluam bonorum, Diuinitatis gl-

PSALMVS CXI.

Confitebor tibi Domine &c.


Propheta hic exemplo suo laudare DEVM credentes admonens, multa bonorum operum eius illis ob oculos ponit, quæ ad celebrandum ipsum ausam præbere debent.

— — ∪ — — ∪ — 1.2.7.5.

— — ∪ — 36

Eiusdem Melodiæ cum XXVI.






2. Ingens Deus miraculis,
Hæc qui vident spectaculis
Magnas voluptates habebunt.
Immensa Maiestas DEI
Candoris & splendor sui
Æuo perenni præualebunt.
3 Miranda per magnalia,
Quæ præstitit regalia,
Nomen sibi sanctum parauit.
Illum timentes vnicum
Non fœdus oblitus suum
Esca famem sedante pauit.
* * * * *
4. Res ille magnas edidit,




riam Virtutis & victoriam In cœti-

bus tollam piorum.



Virtutis & victoriam



In cœt ibus tollam piorum.


Et scire dilectis dedit
Haeredibus gentis fugatæ.
Eius viæ sunt æquitas,
Iniudicando veritas,
Et plenus est humanitate.
5 Sunt iusta qua præceperat.
Sunt firma qua decreuerat,
Et tempus æternum manebunt.
Caros redemit gratia
Saluator, & veracia
Promissa finem non habebunt.
6 Nomen Dei sanctum lucet,
Eius timori qui studet
Prudentia fontem sequetur.

Hac arte doctus qui sapit,
Tales & fructus qui facit.
Fama decus vium meretur.

PSALMVS CXII.

Beatus vir qui timet Dominum, &c.


Psalmus hic doctrinam opinioni vulgi omnino contrariam continet, quod nimirum



vera beatitudo, præsertim post bona mundi, & fugacem hanc vitam, alio modo quærinon debeat nisi vt in timore DEI recta incedamus.

– – v – – – v –

Alt.




Bas.



Eius potens semen vigebit,

Pura genus gentis virebit



Quod Iova fortunans gubernat.



Eius potens semen vigebit,



Pura genus gentis virebit



Quod Iova fortunans gubernat.

2 Iustos secundans prosperabit,
Et copia rerum beabit,
In gloria claros perenni.
Est orta lux rectis in vmbra
Quæ gratia de luce summa
Clementia fulget frequenti.
Est dextra iusti liberalis,
Et commodat vir sponte talis,




Eius potens ſemen vigebit,




Pura genus gentis virebit




Quod Ioua fortunans gubernat.



Eius potens ſemen vigebit,



Pura genus gentis virebit



Quod Ioua fortunans gubernat.

Nulli nocens nunquam mouetur.
Æterna cuſtos æquitatis
Virtute gaudens veritatis
Augmenta famæ conſequetur.
4 *Nil ficta linguæ probra curat,*
Vt palmæ molem ferre durat,
Fidit Deo ſpe corde fortis.
Donec gregem contrariorum

Lætetur exſtingui malorum
In debita mercede mortis.
5 Largas opes inter quærentes
Diſpergit & cunctis egentes,
Hinc ſemper in candore ſtabit.
Et non caput flectet grauatum
Sed principali roboratum
In gloria cornu leuabit.
6 Hæc impius quando videbit
Ringetur ardens & dolebit,
Iramq; non frenare quibit.*



Diſ. Serui Iehouam laudibus

Efferte, lati plauſibus

Ten. Serui Iehouam laudibus

Efferte, lati plauſibus

*Sed dentibus, iam bile mota**
Dirum fremet: post vana vota
Conatus iniusti peribit.

PSALMVS CXIII.


Laudate pueri DOMINVM, &c.

Ad laudes DEI nos excitat, propterea quod seruet, gubernet, & dirigat omnia iuxta diuinum suum consilium, humiles exaltando, & miseros rursus erigendo.

--∪---∪- 1-2,4,5.
--∪---∪-- 3,6.




Sanctum Dei cantate nomen.
Omnis per æui ſeculum
Nomen creatoris pium
Altiſſimi laudetur AMEN.
Sanctum Dei cantate nomen.
Omnis per æui ſeculum
Nomen creatoris pium
Altiſſimi laudetur AMEN.



Sanctum Dei cantate nomen.



Omnis per aui seculum




Nomen creatoris pium




Altissimi laudetur AMEN.




Sanctum Dei cantate nomen.



Omnis per aui seculum



Nomen creatoris pium




Altissimi laudetur AMEN.

2 Qua Solis ortus cernitur,
Occasus & qua mergitur,
Laus sit Deo, cuius triumphat
Gentes super victoria,
Et claritatis gloria
Omnes super cœlos abundat.
3 Quisnam Deo se conferet
Sublime culmen qui tenet,
Quo maior vsquam non habetur?
Qui sceptra gestans in polo
Quacunq; fiunt in solo
Subiecta iudex intuetur.
4 Hunc infimo de puluere
Credas egenum tollere,
Hic pauperem fimo leuabit.
Et principes inter throno
Gentis sua celsissimo
Tandem beatum collocabit.
5 Qui frigidum nupta thorum
Facundat, & mœsta domum
Dat suauibus gaudere natis.
Vt prole mater clareat,
Et posteris appareat
Tanta decus fœlicitatis.

PSALMVS CXIV.


In exitu ISRAEL de ÆGYPTO, &c.

De redemtione Israelitarum ex Ægypto, & breuiter de præcipuis miraculis, quæ DEVS propterea edidit, loquitur.


– – ∪ – – – ∪ – ∪ –
1. 2. 4.
– – ∪ – ∪ – –
3. 6.
Dis
Cum barbaris de finibus Phari
Antiqua gens exiret Isaci
Te.
Cum barbaris de finibus Phari
Antiqua gens exiret Isaci
Alt.
Cum barbaris de finibus Phari
Antiqua gens exiret Isaci
Bas.
Cum barbaris de finibus Phari
Antiqua gens exiret Isaci




2 Hæc vidit æquor fugit & timens,
Iordanus inuerso retro fluens
Miratus hæsit amni.*



Furni iugo soluta,



Iudam sacrauit tunc Deus sibi,



Et cœpit Israelis inclyti



Rex sceptra ferre tuta.




Furni iugo soluta



Iudam sacrauit tunc Deus sibi,




Et cœpit Israelis inclyti



Rex sceptra ferre tuta.

Montes resultarunt vt arietes,
Colles fuerunt saltibus leues
Matrum solent vt agni.

3 *Heus quid tibi, quod fugeras, mare?*
Quis terga Iordanem iubet dare
Vt gestiunt bidentes?
Saltare montes vos quis impulit?
Colles in altum quaeso quis tulit
Agnos velut sugentes?
4 *A vultibus Iouæ Iacob Dei,*
Cui paret omnis qualitas rei,
Tellus stupens tremebat.
*In stagna petras ille transtulit,**




*Eiusq; nutu sicca quæ fuit**
Vnda silex fluebat.


PSALMVS CXV.

Non nobis Domine⌣ Non nobis, &c.


Orat DEVM, vt hoc in populum suum conferat beneficium, quo ipsum verum solum DEVM, & idola nihil aliud, quam opera manuum humanarum esse, agnoscat.

—⌣—⌣—⌣— 1.2.4.5.
—⌣—⌣— 3.6.





2 *Virtute sed fortissima potens,*
Terra sinum cœlosq; possidens,
Quæ vult facit probata,
Idola gentes vana quæ colunt,
Auri vel aris larua muta sunt
Fabri manu parata.
3 *His ora sunt, at non eloqui valent,*
Et cœca visu luminis carent,



Cur gentibus ludibrio ſumus




Vt quaritent, quis veſter eſt Deus




Tutela ſubiugatis?



Cur gentibus ludibrio ſumus



Vt quaritent, quis veſter eſt Deus




Tutela ſubiugatis?


Vita mouente nuſquam.
Aures habent ſurdas nec audiunt,
Et non odorem naris hauriunt
Nec ſenſus exſtat vſquam.
4 Geſtant manus, palpare non queunt,
Plantis pedum de ſede non eunt,
Fauces vacant loquela.
His ſunt pares fecere qui Deos,

Et mente stulta diligunt eos,
Aut inuocant querela.

* * * * * *

5 At tu Deo gens Isaci tuo
Confide, qui scuto tegens suo
Te seruat & tuetur.
O stirps Aaronis DEO tuo
Confide, qui vultu tibi suo
Aspirat & medetur.
6 Numen parentis qui Dei timent
Fidant ei fidumq; sentient:
Nostri memor manebit,
Fortunat Israelis hic domum,
Custos Aaronis genus bonum
Et gratia fouebit.
7 Magnos simul cum paruulis beat
Illum timentes, atq; liberat
Omni malo solutos.
Vos indies REX IOVA prosperet,
Patres sua cum prole sospitet
Fama boni sq; tutos.*






8 *Vos, o pii, rebus beat secundis*
Qui solus auctor flexibus rotundis
Cœli globum creauit.
Seruat tibi sceptrum Deus poli,
Mortalibus regnum patens soli
Cum iure dedicauit.
9 *Nemo tibi tunc confitebitur*
In casse mortis cum tenebitur
Terra sepultus umbra.
Ergo tibi, quicunq; viuimus
Nos gratias, o magne, dicimus
Cum laude, loua, summa.

PSALMVS CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet, &c.

Dauid hic periculum & extremam enumerat angustiam, vt eo magis bonitatem Dei qui ipsum inde eripuit, extollat. Et ad lætitiam incitãs, quod perditum se hominem sentiat, confitetur. Præterea quod remunerationis loco Dei beneficia præstanti gratitudinis sacrificio annunciare velit, ait.






Exaudiens quod fasce me leuauit, Au-



rem mihi præbere non negauit, Vi-



ta requiram per dies eum.



Exaudiens quod fasce me leuauit,




Aurem mihi præbere non negauit,



Vita requiram per dies eum.


2 *Nam mors fere me dira ceperat,*
Et funibus iam vinxerat verendis,
Styx faucibus me terruit stupendis,
Tristem metu me culpa fecerat.
3 *Sic inuocabam nomen at Dei.*
Vitam meam spes summa liberato.
Nam iustus est, succurrit & grauate,
In simplices est prona mens ei.



Exaudiens quod fasce me leuauit, Au-



rem mihi præbere non negauit, Vi-



ta requiram per dies eum.



Exaudiens quod fasce me leuauit, Au-



rem mihi præbere non negauit, Vi-




ta requiram per dies eum.

4 Postquam iacerem pressus a malis,
Me sospitans eduxit e querelis,
Ergo meum lætare cor, fidelis
Quod te Deus soluit periculis.

5 A morte vitam loua tu meam
A lacrymis hæc ora liberasti,
Plantas & a lapsu pedum leuasti,
In sede te viuentium colam.

6 Credo, locutus quod fui, modo
Luctatus in mœroribus gemebam,
Hinc tale, spe labente, proferebam.
In carne mendax omnis est homo
7 Sed quid rependam pro bonis Deo?
Sanctum salutaris cyphum leuabo.
Et nomen eius gratus inuocabo,
Laudem redemtori canam meo.
8 Soluam Deo qua vota debeo
In congregatis cœtibus piorum.
Mors grata sanctorum Deo suorum
Coram threno res dulcis est su.
9 Grates tibi dico Deus, tuum
Seruum quod hac in regna me vocasti, *



Eius

Natum per ancillam tuam creasti,
Per te solutum pono vinculum.
10 *Laudis tibi largitus hostiam*
Nomen tuum præ ceteris sonabo,
Votum tibi reddens meum litabo
Inter piorum sponte copiam,
11 *Templi tui gaudens in atriis*
Intra Salem psallam tuos honores.
Omnes pii cum grandibus minores
Dignis Deum laudate gratiis.


PSALMVS CXVII.

Laudate Dominum omnes gentes, &c.

Adhortatio est ad omnes populos ad laudãdum Deum, ob benignitatem sibi præstitam, & veritatẽ, quã semper seruare solet.

– – ∪ – – – ∪ –





PSALMVS CXVIII.

Confitemini Domino, quoniam bonus, &c. *


Hymnus



Hymnus hic est Dauidis, in quo ex omn malo ereptus, & rex super Israel constitutus, DEO publice gratias agit, in taber-

naculo fœderis, vbi toto corde Deum, ob bonitatem, qua erga se vsus fuit, celebrat, & in hoc typus Christi clare sese offert.


Disc.




Nunc

– – ∪ – – – ∪ – – 1.3.5.7
– – ∪ – – – ∪ – – 2.4.6.8.


Alt.
Grati Deo laudes ſonate,
Nam ſuauis eſt, ingens ſua
Eius fauor cum caritate
Æterna durat ſecula
Baſ.
Grati Deo laudes ſonate,
Nam ſuauis eſt, ingens ſua
Eius fauor cum caritate
Æterna durat ſecula.



2 Gens dicat Aronis beata
Patris Dei clementia*



Nunc dicat Israel petenti




Quam sit Deus placabilis,



Et brachio dextræ potenti



Quam Ioua sit mirabilis.



Nunc dicat Israel petenti



Quam sit Deus placabilis,



Et brachio dextræ potenti



Quam Ioua sit mirabilis.

* *Æuo perennicum probata*
Quod duret indulgentia.

Omnes chori dicant pierum,
Candor DEI durabilis,
Quod fine nullo seculorum
Tollatur immutabilis.
3. Afflictus in luctu dolorum
Votis adorauI DEVM.
Ex vinculis qui me malorum
Solamen, exsoluit, meum.
Cura fideli me tuetur
Salua secundans in domo,
Huic cor meum nunquam veretur.
Quid mi nocebit trux homo?
* * * * *
4 Est IOVA mecum, nil timebo,
Omni metu vires carent,
Contra voluptatem videbo,
Hostes mei quando cadent.
Praestat DEO quam vanitati
Mortalium confidere,
Non expedit cordis grauati
In principes spem figere.
5 Circundatum me Marte gentes
Conantur atro perdere,
Sed per DEI nomen furentes
Audebo casos sternere.
Ingens apum tanquam caterua
Me reprobi circum volant,
Cum fronte quos vincam proterua

Flam-

Flammæ velut ſpinas vorant.
6 *Stipante me furum corona*
Hoſtes ſtudent circundare
Sed per DEI *diuina dona*
Spero reciſos fundere.
Tu me repugnans impuliſti
Vt concidentem verteres,
Votiq; compos non fuiſti,
Cauit Deus ne cerneres.
7 *Robur mihi dat Ioua feſſo,*
Hic carmen eſt ſolus meum.
Succurrit in mœrore preſſo,
Vt prædicem fœlix eum,
Inplurimis iuſti frequenter
Eccleſiis læti canunt.
Dextra DEVS *vicit potenter*
Quem laude gentes efferunt.

* * * *
* *

8 *Dextram* DEVS *forti lauauit*
Bellator in victoria,
Et per triumphos impetrauit
Parta trophæum gloria.
Hæc hoſtibus prædico vates,
Quod morte non raptus cadam,
Miranda ſed poſt facta grates
Viuus DEO *dignas canam.*
9 *Me* IOVA *caſtigat merentem*
Erroris in pœna mei,

Virgam

Virgam crucis sed perferentem
Non vltimæ tradit neci.
Laxate portas æquitatis,
Ingressus vt laudem Deo
Et gratias pro lenitatis
Clementia psallam meo.
10 *Hæ sunt et portæ placentes*
Turbæ piorum quas petunt,
Intrant eas illum timentes,
Qui corde iusto diligunt.
Hic te Deum gratus sonabo
Exaudiens quod me iuuas,
Et te fidelem prædicabo,
Quod me paterne liberas.

*** ***

11 *Est exstruentum tecta muro*
Reiectus vsu qui lapis,
Hic angulo dat fulcra duro
Et fronte fert molem basis.
Sic scilicet Ioua placebat
Fecit suo quod numine,
Et semper in nostro patebat
Miraculosum lumine.
12 *Hæc est dies cœlo fugatis*
Quam Ioua fecit nubilis,
Lætemur in qua congregatis
Et gaudeamus iubilis.
Tu prosperis Regem beatum

Salua DEVS *successibus,*
Auge secundis sospitatum
Feliciter progressibus.
13 *Laudetur in sancti sacrato*
Venit DEI *qui nomine,*
Felix propago sit probato
IOVÆ domus de semine.
Nobis DEVS *Diuinitate*
Illuminauit cor sua,
Ornate ramis, alligate
Taurōs ad ara cornua.
14 *Grates tibi, mi IOVA, soluam,*
Solus mihi cum sis DEVS,
Te teperenni laude tollam,
O summe saluator meus.
Omnes DEVM *grati sonate*
Nam suauis est, eius sua
Ingens fauor cum caritate
Æterna durat secula.

PSALMVS. CXIX.


Beati immaculati in via,

Præstans, artificiosus, excellensque hic est Psalmus, in quo Dauid laudem legis DEI, voluptatem & amorem, quo eam amplectitur; non pro rei dignitate enumerare potest, vbi multas querelas, & contra solatia immiscet. Psalmum hunc merito homo pius ore & corde amplectatur.

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.3.5.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – –. 2.4.6.

ALEPH I.


Disc.




Coram Deo felix hic est homo,



Qui conscius non est sibi malorum,




Præcepta cultu seruat & bono,



Quæ mentibus sunt regulæ piorum,

Ten.



Coram Deo felix hic est homo,



Qui conscius non est sibi malorum




Præcepta cultu seruat & bono,



Quæ mentibus sunt regulæ piorum,



Alt.
Coram Deo felix hic est homo,
Qui conscius non est sibi malorum,
Præcepta cultu seruat & bono,
Quæ mentibus sunt regula piorum,
Bas.
Coram Deo felix hic est homo,
Qui conscius non est sibi malorum,
Præcepta cultu seruat & bono
Quæ mentibus sunt regula piorum,




2 O ter beatos qui dolis carent
Et mente pura non iniquitatis
Culpa laborant, nec leues habent
Ludibrio pactum fidelitatis.
Verbi tui præcepta nos iubent
Intrare callem, Ioua, veritatis.

3 O si tuis dum vixero queam
In semitis prudenter ambulare,
Vt legibus morem tuis geram,
Possim modo quæ præcipis notare,
In corde spem confisus hanc feram,
Turpi pudoris labe me vacare.


4 Grates tibi dicam, Deus, tui
Decreta iuris quando me docebis,




In fœderis ſancto ſacri ſono



Sub mole verſatur graui dolorum.



In fœderis ſancto ſacri ſono



Sub mole verſatur graui dolorum.

Qua plena ſunt candoris integri.
His igitur parere me videbis,
Rector tamen tu, quæſo, ſis mihi,
Non deſeres me, ſpero, ſed fouebis,

BENT II.

Qua ſe iuuentus ſiſtet in via
Culpa carens vt viuat innocenter?
Mandata ſi cuſtodiet tua.
Inquiro toto corde te frequenter,
Ne de tua me forte ſemita
Error, caue, ſeducat indecenter.
6. *In corde verbi regulam meo*
Seruo tui, peccare nam cauebo,
Totusque mandatis inhæreo

Implere quæ virtutibus studebo.
Laus sit tibi, sed legis obsecro
O IOVA me sensum tuæ doceto.
7 *Lingua statutis cum suis mea*
Oris tui decreta publicabo,
Et testibus firmata fœdera
Omni dierum luce prædicabo.
Verbi tui diuina munera
Mundi super cunctas opes probabo.
8 *Mentis voluptas hæc erunt meæ*
Quæcunque tu præceptor imperasti,
Considerabo semitam viæ
Quam gressibus rector meis parasti.
Non immemor vocis fui tuæ,
Sed rumino quæ verba dictitasti.

GIMEL III.

9 *Seruum tuum dignare gratia,*
Vt carne viuam prospera beatus.
Turpi carens & contumacia
Legem tuam seruare sim paratus.
Vultus meos illumina, tua
In lege, quo cernam stupenda gratus.
Telluris hic sum pauper aduena,
Diuina fac me posse iussa scire.
Cordis dolent contrita viscera,
Nec desino legem tuam sitire.
Decreta me per sancta recrea,
Quæ sunt mihi desiderata mire.
11 *Stultos rebelles vltor arguis,*

Et deuoues errore cum ſuperbo
A legibus qui decidunt tuis,
Faſtu repugnant & tibi proteruo.
Me vindica probri calumniis,
Verbi tui teſtata namque ſeruo.
12 Sunt cum Thraſonum Principes choro
In me ſedentes turpiter locuti,
Seruus tuus qua curo nil ego,
Et de tui verbis loquor ſtatuti.
Hæc in graui marore conſulo
Oraculis horum gauiſus vti.
13 DALETH. IIII.
In puluerem vitam rapi queror,
Terræ ſepulcro proximus patenti.
Verbo tuo me recrea precor,
Greſſus meos qui fers opem fatenti.
Auditus a te IOVA liberor,
Præcepta legis noſſe da petenti.
Me pacta mandati tui doce,
Miraculis & de tuis locutus.
Fontem ſalutis prædicabo te.
Cordis vigor luctu liquet volutus,
Virtute verbi roborato me,
Vt mole reſpirem grauiſolutus.
15 Falſis regens auerte me viis
In ſemita legis tuæ morantem,
Cuius caret trames periculis.
Æqui tegat me veritas amantem,
Quæ cum tuis electa regulis,

Vita scopum monstrat mea vocantem.
16 *Harens tuis in testimoniis*
Hæc diligens seruare sum paratus,
Opprobrii me libera notis,
Nome pudor confundat exsecratus.
Si cor meum solatus asseris,
In semitis curram tuis vocatus.

H E. V.

17 *Rectam mihi monstra viam Deus,*
Parere iussis me tuis moneto.
Vita diebus stantis omnibus
Arcana legis me tua doceto.
Vt conscius seruata sensibus
Cordis sinu custodiam repleto.
18 *Me IOVA declinare non sine*
A veritatis calle semitarum,
Delector omni qualibus die.
Ad pacta legum flecte cor tuarum.
Nec sacra turpi me cupidine
Aur. fames seducat hinc auarum.
19. *Auerte vultum scandalo meum*
Ne fascinetur dogmatis prophani,
Sanamq; verbum flecte per tuum
Cum corporis mentem vigore sani.
Præsta timens te seruus vnicum
Orbis relinq; iam falsa monstra vani.
20 *Auffer graues infamia notas,*
Qua nomen insontis capi timebam.
Est suaue ius quo rite iudicas,

Leges tuas desiderans petebam.
Me gratia candoris erigas,
Qua recreari sæpe me videbam.

VAV. VI.

21 Oris datam iuxta fidem tui
Clementer, oro, me iuua misertus,
Oris os vt comprimam mei,
Qui me lacessat iurgiis refertus.
Promissionis me tuæ frui
Confido donis & salute certus.
22 Ex ore diuinæ sacram meo
Non concionem tolle veritatis,
Nam spem statutis in tuis fero.
Cum regulis legem tuam sacratis
Custodiens, dum sospes hic ero,
In lustra seruabo perennitatis.
23 Mandata verbi quæritans tui
In gaudiis securus ambulabo,
Et pacta sancti testimonii
Sermone coram Regibus citabo.
Nullo pudoris vel periculi
Turbatus hæc terrore nunctiabo.
24 Summæ voluptates mihi tuis
Quæ sancta sunt, oraculis parantur,
Cum legibus quæ diligo suis,
Palmæ pares ad quæ mihi leuantur.
Iuris tui subscribo clausulis,
Hæc teste me narrata publicantur.

ZAIN. VII.

25. Esto memor seruo, DEVS, tuo
Promissa per te verba quæ fuerunt,
Et pectori fiduciam suo
Cum spe malis in millibus tulerunt,
Hæc sæpe cordi gaudium meo
Victaque vitam morte reddiderunt.
26 Ludibrio me diuites habent
Et fabulis rident suis superbi,
Sed non tuis a legibus mouent
Quo decidam contemtor, vt proterui.
Quæ iudicasti gesta me docent,
Solamen & luctus ferunt acerbi.
27 Legem malignos semper vt tuam
Qui deserunt Zelotes exsecraui,
In corde detestans Apostatam
Iuris tui decreta sic probaui,
Et per canentem dulce Musicam
Hæc exsul in tellure prædicaui.
28 Tota die totisq; noctibus
Nomen tuum considerans adoro
Parere mandatis & anxius
Vltra tuus conabar & laboro.
Thesaurus est legis tuæ meus
Doctrina, quam custodiens honoro,

29 HETH. VIII.

Hæreditas dixi, DEVS, mea
Et gaza summi sit boni beata;
Legis tuæ quod seruo fœdera,

Te mente coram sisto me parata.
Tu me misertus, quaeso, libera
Promissa verbi per tui relata.
30 *Recta sed incedens boni via*
Erroribus flecti malis cauebo,
Ad sancta verbi testimonia
Flexos tui gressu pedes habebo.
Ad cœpta festino fidelia,
Parere iussis & tuis studebo,
31 *Me turba depradatur impia,*
Legis memor verum tua manebam,
In nocte surgens atq; frigida
Laudum tibi grates Deo canebam
Pro luce candoris tui pia,
Et veritatis iura non tacebam.
32 *His associam me iungo cœtibus*
Rerum, Deus, qui te timent parentem,
Franant tuis & corda legibus.
Terram bonis mundi reples patentem,
Sed cum statutis missa cœlitus
Decreta sensu me dote carentem.

TETH IX.

33 *Seruum benignus Iouame tuum*
Multis secundas dotibus bonorum,
Verbo tuo sanasq; saucium.
Integritatem me doceto morum,
Prudenter vt cor ambulet meum,
Credo statutis iussuum tuorum.
34 *Afflictiones antequam tuli*

Dementer errabam nimis vagatus.
Verbi sequor mandata iam tui,
Et perpetim seruare sum paratus.
Tu mitis & clemens vt es mihi,
Sic scire ius præsta tuum rogatus.
35 In me superbi turpe per nefas
Mendacium fingunt & impudentes,
Leges sed obseruo DEVS tuas.
Hi pingue cor fastu gerunt tumentes,
Diuina qua præcepta dederas
Præbent voluptates mihi frequentes.
36 Prodest mihi quod mole me crucis
Examinasti plurima grauatum,
Vt legibus sim deditus tuis
Quarum tenet me cura suscitatum,
Auri vel aris mille præ bonis
Oris tui verbum probo beatum.

IOD. X.

37 Dextra creatus sum, DEVS, tua,
Legis doceto me tua tenorem,
Vt gaudeant hac plebis agmina,
Dignum tibi qua dedicant honorem,
Quando videbunt: in potentia
Verbi tui spem pono fortiorem.
38 Æqua patet quod lance iudicas,
Iniuriam nulli facis malorum.
Et me scio, quod iure corrigas,
Vnum precor, supreme REX DEORVM,
Vt me datam solatus erigas

Seruo tuo iuxta fidem bonorum.
39 Clementer vt viuam, mihi faue,
Leges tuas nam quaritans colebam.
Ridebitur fastus superbia
Cuius premi mendacio dolebam.
ed de voluntatis tamen tua
Oraculis semper loqui solebam.
40 Horum velim consortio frui
Qui te pio mirantur in timore,
Et veritatem testimonii
Notam tui vero fouent amore.
Syncera cordis sensa sunt mei
Ne turpiter confundar in pudore.

CAPH. XI.

41 Sperando mens defecit indies,
Quam tu salutem IOVA polliceris,
Hinc ad polum suspiro millies,
Ex quo solum sublimis intueris.
Per lacrymas & quaro supplices
Solatium prastare cur moreris.
42 Vt tosta fumo ringitur cutis
Exhaustus omni torpeo vigore,
Credo statutis & memor tuis.
Ahquam diu seruus tuus dolere
Exspectat, in conatibus suis,
Hostes meos vt iudices rigore.
43 Fossam superbi praparant mihi
Legum quibus decreta negliguntur.
Constans probatur veritas tibi

Diuina qua mandata muniuntur.
Defende me protector, impii
Mendaciis me namq; persequuntur.
44 Me de solo consumserant fere
Et funditus deleuerant iniqui,
Vtuum parantes morte tollere,
Legem tuam non attamen reliqui.
Me recreatum gratia tege,
Oris tui testata seruo diui.

LAMED XII.

45 Ingens poli structura qua patet,
Æterna verbi lux tui patebit.
Æuo perenni veritas manet
Nullo cadens & fine permanebit,
Fundata per te limites habet
Tellus suos, mutare nec valebit.
46 In propriis per te vigoribus
Omni die durant Deus creata
Cultusq; per dignos honoribus
Semper tuis seruire sunt parata.
Mersus fuissem sub doloribus
Ni mente legem per tuam leuata.
47 Decreta mandati patet tui
Oblitioni non dabo locutus,
Quorum facis solatio frui
Mœroribus cum turbor inuolutus.
Seruus tuus sum, me tuua tegs.
Qua tu dedisti iussa sum secutus
48 Fraudes scelesti iam mihi struunt

Vita

Vitaq; me priuare moliuntur.
Qui de tua testata mente sunt
Inquire, nec contemta negliguntur.
Quacunq; cerno vana corruunt.
Oris tui non iussa finiuntur.

M E M XIII

In lege delector tua nimis
Inter bonos de qua loquor libenter,
Oseribus sermo tuus meis
Prudentiorem me facit potenter.
Hunc omnibus, prapono gaudiis
In corde thesaurum gerens frequenter.
Sum doctior longe meis ego
Sancta magistris eruditione,
Legis tua dum pacta pondero,
Prudentia vinco senes valore.
Nam qua iubes deuotus impleo,
Verbi tui nec cedo de tenore,
Pro posse turpes vita semitas,
Errare planta cespitans cauebo,
Verbi tui diuina veritas
Recto regit me calle, quem tenebo.
Iuris tui me ducit equitas,
De qua reflectam ne pedes studebo.
Est magna verbi suauitas tui
Qua nectaris diuos sacri liquores
Oris palato dulcis in mei
Stillat fauis & melle dulciores.
Hic fons patet prudentia mihi,

Odi vias erroris & fatores.

NVN. XIIII.

53 Prab et facem verbum mihi tuum
Qua ne cadam, ductus lucente cure.
Suauem salutis monstrat & scopum
Quem corde sectari studebo puro.
Leges erunt lumen tua meum
Seruare quarum pacta velle iuro.
Mœrore pressus torqueor nimiu.
Dextra DEVS sed me leua iacentem,
Credentibus promittis vt piis,
Oris mei nec victimam placentem
Contemne, rectis ductor in viis
Secreta verbi me doce petentem.
55 Ægra laborat carne Spiritus,
Vitam manu questo mea lab antem,
Nec de tuis discedo legibus,
Capto mali me crure cespitantem,
Tensis parant ridere retibus,
Error tamen non me trahit vagantem.
56 Hereditas lex est mihi tua
Thesaurus & ditissimus bonorum,
In quo voluptas quaritur mea.
Ad puritatem testimoniorum
Inclino cor & sancta fœdera
In seculum custodiam tuorum.

SAMECH XV.

57 Detestor inconstantia leues
Falsis student qui cassibus nocendi,

Et diligo præcepta quæ doces.
Scuto velut me contegis fouendi.
Verbi tui me roborat fides,
Omni caret quæ fraude mentiendi.
58 Discede gens iniusta, nam DEI
Parebo mandatis ego vocatus,
Et seruiam morem gerens ei,
Virtute verbi fac tui renatus
Viuam, nec in fiducia spei
Vrgente confundar malo grauatus.
59 Me roboratum sospita DEVS,
Iuris tui tunc suauitate latus
Gaudebit in te Spiritus meus.
Plantis soles calcare namq; spretus,
Qui de tuis cessere legibus,
Quorum tumet venter dolis repletus.
60 Terra scelestos auferens rapis
Æris velut spumam foco fluentem,
Lator tuis hinc testimoniis.
In me tremit te cor timens frementem,
Cum carne frigens horret & cutis,
Te iudicem dum cogito potentem.

AIN. XVI.

61 Fraudum vagis ambagibus carens
Candoris vtor dexter æquitate,
Horum siti ne trade me pareus
Ausa parant qui vim ferocitate.
Seruum bonis solare me cauens,
Ne turgidi ladant atrocitate

62 Intenta defecere lumina
Exspecto dum mesem tuæ salutis,
Sermonis & promissa munera.
Cui ris iuua me liberum solutis,
Dignare seruum, quæso, gratia,
Et legis in forma tuæ statutis.
63 Seruo mihi largitor vt tuæ
Intelligam legis serenitatem,
Iam tempus est, ô Ioua maxime,
Vt iudices strictam per æquitatem.
Nusquam locus restat decentiæ
Nugis obumbrant falsa veritatem.
64 Diuina pluris iussa quam graues
Auri monetas æstimans amaui,
Gemmas super virtute nobiles
Gazas & obrizum rubens probaui.
His ambulo, conductus indies,
Falsíq; sentinas inire caui.

PHE. XVII.

65 Miris liber mysteriis scatet
Te consecratus testimoniorum,
Seruare pectus quæ meum studet.
In cordibus verbum tuum bonorum
Illuminat mentes quibus patet,
Cautosq; reddit simplices eorum.
66 Oris mei suspiriis gemo
Legem tuam desiderans aperti,
Eius mihi sensum dari peto.
Huc verte vultus gratiam miserti,

Quali fideles respicis modo
Nomen tuum qui sunt amare certi.
67 Gressus tuo verbo meos rege,
Nec me sibi regnans iniquitatis
Vt culpa victum mancipet sine.
Iniuriis mortalium paratus
Me liberato, legis & tuæ
Normam sequar cultu fidelitatis.
68 Vultus iubar succende seruulo,
Captu meo possint vt hæc teneri,
In iure quæ sancita sunt tuo.
Est veritas despecta digna fleri,
Hinc lacrymis vt ripa perfluo
Ludibrio leges tuas haberi

ZADE. XVIII.

69 Expers mali tu IOVA iustus es,
Ingens tuis est æquitas in actis.
Sermone syncerus tuo manes,
Quod veritas testatur alma factis.
Cuius tui cum faderis iubes
70 Seruare constanter statuta pactis.
Exstinctus in Zelo fere fui,
Sunt hostium secura prauitate
Oblita verbi corda quod tui.
Hoc lucida fulgens amanitate
Seruo tuo splendoris ex sui
Est vsque dilectum serenitate.
71 Abiectus inter paruulos ego
Legis memor viuo tamen probatæ,

Hanc indies seruare cogito.
Nam de tua praelustris aequitate
Viuet perenni fama seculo.
Et plena tradis Iussa veritate,
72 *Exsul modis affligor omnibus,*
Angustia septus tamen malorum
Non a tuis declino legibus.
Tu sanctus es per secla seculorum.
Si me docebis IOVA coelitus
Viuam metu liber periculorum.

COPH. XIX.

73 *Cordis gemens ex intimo mei*
Audi precor me, IOVA, clamitantem,
Vt pacta mandati sequar tui,
Si gratia dignaberis rogantem,
Recta tui me testimonii
In semita seruabis ambulantem.
74 *Aurora quam tollat iubar prius*
Suspiriis te quaro IOVA mane
Fidens tuis promissionibus,
Lucem fugit cum noctis vmbra vane.
Somno solutis gratus oribus
Verbum tuum perpendo mente sane,
75 *Oris querelas audiens mei*
Iuris tui me recrea vigore,
Et redde vita gratiam mihi.
Hostes enim cum maximo furore
Me persequuntur semper efferi,
Longe remoti legis a tenore.

76 Ægro mihi sed tu propinquus es,
Et proximum me sæpe liberasti,
Sunt veritatis plena quæ iubes:
Tanta basi decreta roborasti,
Æternitatis firma per dies
Vt floreant, quod scire me parasti.

RES. XX.

77 Quantus fatiget me dolor vide,
Et sorte clemens liberato dura,
Legis fui non immemor tuæ.
Causam meam tutor benigne curæ:
Me fauce diræ mortis eripe
Verbi tui promissione puræ.
78 A reprobis (non fallor omine.)
Iuris quibus non lex tui probatur
Longe salutis spes abest tuæ.
Magni, quod es tam mitis, æstimatur:
Hanc gratia vitam tua foue
Et iure, quod non fine terminatur.
79 Nunquam tuis a testimoniis
Discedo, per sectas licet malorum
Iniuriis infestor asperis.
Vrit videntem flamma me dolorum,
Qui vera contemnunt, quod a viis
Migrant iniqui iussuum tuorum,
80 In mente leges rumino tuas,
Harum nec auellar fidelitate,
Me, quæso, turbatum recolligas.
Claret tuus nam sermo veritate.

Quo iudicas & iuris æquitas
Durabit æterna perennitate.

SIN XXI

81 Mundi superbo corde principes
Odere me culpa tamen carentem,
Verbum tuum complector indies
Mulcet meam quod suauitate mentem.
Prædas magis non curo diuites,
Illi focum nec præfero calentem.
82 Turpissimum mendacii scelus
Auctore cum detestor indecoro,
Legem tuam sed diligo Deus.
In corde perlustrare dum laboro
Iustum tribunalis tui decus
Omni die te septies honoro.
83 Pacem videbunt corde qui pio
Legem tuam custodiunt amantes,
Omni carebunt & periculo.
Me per manus saluabis adiuuantes:
Nunquam tuis præstare desino
Cultus fidelem legibus probantes.
84 Testata sermonis meus tui
Syncera semper spiritus tuetur.
Seruare custos diligens fui
Quod lege sancitum tua iubetur.
Vita tuo, quo tendo, vultui
Apparet omnis gressus & videtur.

THAV XXII.

85 Audi preces, quæso, Deus, meas

Verbi mihi sensum tui reuela
Per vota quæ sermone feceras.
Tristi rogantis flectitor querela
Hæc cum mihi promissa debeas
Cura salubri languidum medela.
86 *Iuris tui si pacta me doces*
Te prædicabo voce Iouæ gratus.
Verbi tui considerans opes
Lingua recensebo mea paratus.
Nam iusta sunt præcepta quæ mones,
Fassiq; delicto cares reatus
87 *Dextra tua me Iouæ protege*
Et gratia defende te vocantem,
Nam legis elegi viam tuæ.
A te salutem quæro non morantem:
In te salutis pono spem meæ
Me lege delectas tua probantem.
88 *Vitæ fruatur luce spiritus.*
Vt te queat laudare Iouæ mire.
Seruæ tuo me iure dux meus:
Errans velut cœpi bidens perire.
Seruum tuum, saluator o Deus,
Non legis oblitum tuæ require.

PSALMVS CXX.

Ad Dominum cum tribularer, &c.

Precatio Prophetæ, cum ex falsa suorum hostium accusatione in exsilium mitteretur, vt ab impiis quorum consuetudine non delectatur, liberetur.


1.2.3.4.5.6
7.8.
Dis.
Votis Deum supplex adoro
Mœrore tristi cum laboro,
Exaudit ergo me vocantem
Et respicit clemens rogantem.
Te.
Votis Deum supplex adoro
Mœrore tristi cum laboro,
Exaudit ergo me vocantem
Et respicit clemens rogantem.

Lin-



Alt. *Votis Deum ſupplex adoro*

Mœrore triſti cum laboro,

Exaudit ergo me vocantem


Et reſpicit clemens rogantem.

Baſ. *Votis Deum ſupplex adoro*

Mœrore triſti cum laboro,

Exaudit ergo me vocantem

Et reſpicit clemens rogantem.


Lingua, Deus, de mentiente
Et fronte ficta blandiente
Ceu fauce de lethifera
Vita salutem libera.
Lingua, Deus, de mentiente
Et fronte ficta blandiente
Ceu fauce de lethifera
Vita salutem libera.




Lingua Deus de mentiente




Et fronte ficta blandiente




Ceu fauce de lethifera



Vita salutem libera.




Lingua, Deus, de mentiente



Et fronte ficta blandiente




Ceu fauce de lethifera



Vita salutem libera.

2 *Quid lingua, quaſo, criminoſa*
Iniuria confert doloſa?
Mendaciis quantum nocendo
Lucratur, & falſum loquendo?
Telis viri par eſt lacerto
Quæ miſſa neruo ſunt aperto.
Pruniſq; par ardentibus
In iunipris arentibus.
3 *Eheu mihi, quantos fugatus*
Exſul fero nunc incolatus
Inter Meſech fratres iniquos
Cedar lares & non amicos?
Faſtidium vitæ gementis
Deploro quod cum plebe gentis



Cogor morari, quæ piam
Odit quietis gratiam
4 *De pace cunctos admonebam.*
Vitare rixas & volebam.
Concordiam verbis petenti
Bello repugnabant frementi.

PSALMVS CXXI.

Leuaui oculos meos in montes, &c.

Quod credentes suo exemplo omnē a Deo debeant exspectare opem, canit, qui illos in sancto intento ducat.

– – ∪ – – – ∪ – 1.4.
– – ∪ – ∪ – 2.3.
– – ∪ – ∪ – – 5.6.





2 Non te pedum labi sinet
Casu, vigil tuas
Custodiens vias
Non somnolentus dormiet
Abramidas vocatus
Vt seruet est paratus
3 Hic excubans te contegit
Vmbra manus sua,




In rege confido Deo



Qui cum polo creauit



Terras & ordinauit.



In rege confido Deo



Qui cum polo creauit.



Terras & ordinauit.


Vita ſalus tua
Luna gelu ſic impedit.
Ne Sole cum calenti
Obſit tibi patenti.
Omni malo te liberet
Cuſtodiat tuum
Dux ille ſpiritum.
Ingreſſibus te proſperet.

Ex gratia renati
Sint exitus beati

PSALMVS CXXII.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt, &c.

DISCANTVS.




Hierosolymam vrbem in seruitutem Dei electam reædificari lætatur, & vt opus hoc mox perficiatur, orat.

--v---v- 1.2.3.4.5.6.8.9.
--v---v-- 7.10.


ALTVS.


Lætatus in verbis fui,



Quæ dicta nos audiuimus,
In tecta fratres ibimus,


Regnat Deus viuens vbi


BASSVS.


Lætatus in verbis fui,



Quæ dicta nos audiuimus,
In tecta fratres ibimus


Regnat Deus viuens vbi,



Nostri pedes in patriis
Stantes fuerunt atriis
Sancta Salem, qua ciuitatis
Ornata structuris nitet,
Concordia regnum videt
In ciuibus confœderatis.
Nostri pedes in patriis
Stantes fuerunt atriis
Sancta Salem qua ciuitatis
Ornata structuris nitet,
Concordia regnum videt
In ciuibus confœderatis.




Nostri pedes in patriis
Stantes fuerunt atriis




Sancta Salem, quæ ciuitatis




Ornata structuris nitet,
Concordiæ regnum videt



In ciuibus confœderatis.




Nostri pedes in patriis
Stantes fuerunt atriis



Sancta Salem, quæ ciuitatis



Ornata structuris nitet,
Concordiæ regnum videt



In ciuibus confœderatis.

2 Huc confluent prisca tribus,
Gens Isaci louam Deum
Laudabit hic quærens eum
Præcepit vt maioribus.
Hic est tribunali locus
Vt iudicet Dauid domus.
Hic æquitas & iuste virebunt,
Sanctam salus te præsperet
Vrbem bonis, & sospitet
Hos qui tibi cara fauebunt.
3 Pax alma muros floreat
Intra tuos, cum copia
Ditent penates otia,
Sors æqua cives protegat,*




* *Propter meos fratres tibi*
Et proximos qui sunt ibi,
Opto quietis suauitatem,
Propter domum sanctam Dei
Et gloria laudem mei
Quaro tuam felicitatem.


PSALMVS CXXIII.

Ad te leuaui oculos meos, &c.

Precatio credentium, qui ab improbis & Dei contemtoribus affliguntur,

– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.7.
– – ∪ – ∪ – 2.8.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 3.5.
– – ∪ – ∪ – – 4.6




Vt seruus obseruans heri iubentis
Et se manum regentis.
Palmas hera prudens vt intuetur
Ancilla, quam veretur.
Vt seruus obseruans heri iubentis
Et se manum regentis.
Palmas hera prudens vt intuetur
Ancilla, quam veretur.

Sic




Vt seruus obseruans heri iubentis



Et se manum regentis.



Palmas her& prudens vt intuetur




Ancilla, quam veretur.



Vt seruus obseruans heri iubentis




Et se manum regentis.




Palmas her& prudens vt intuetur




Ancilla, quam veretur.



Sic noſtra ſunt intenta lumina



In ſancta numina.




Sic noſtra ſunt intenta lumina




In ſancta numina.

2 Opprobriis qui ladimur malo
Nobis Deus faue.
Nobis faueto, nil quod æſtimamur,
Viliſſimi putamur.
Dum nos ſuis rident iocis ſuperbi
Ludibrio proterui.
Et iam ſatis vexamur vndiq;
Faſtu calumnia.

Diſ. 

Nunc dicat Iſrael: Niſi Deus

Te. 

Nunc dicat Iſrael: Niſi Deus



Sic noſtra ſunt intenta lumina



In ſancta numina.



Sic noſtra ſunt intenta lumina



In ſancta numina.

PSALMVS CXXIV.

Niſi quia Dominus erat, &c.

Cum populus Dei magnum ſuſtinuiſſet periculum, quod non propriis viribus, ſed gratia Dei inde liberatus ſit, agnoſcit, & periculum ex quo euaſit, enumerat.


– – ∪ – – – ∪ – ∪ –

Alt.




Nunc dicat Iſrael: Niſi Deus

Baſ.



Nunc dicat Iſrael: niſi Deus



2 Nos ira deglutisset integros,
Te, Ioua, permittente perfidis, &c



Nostris fuisset cum cohortibus




Et pauperum dux ipse partibus,



Inferre cum nobis necem ferus



Hostis doli tentaret artibus.



Nostris fuisset cum cohortibus



Et pauperum dux ipse partibus



Inferre cum nobis necem ferus




Hostis doli tentaret artibus.


℣. *Ceu fluctibus nos Scylla feruidis*
Ad Tartari mersisset inferos,

Et spes fuisset demta perditis.
3 Vndis charybdis supprimentibus
Viuos voraſſet: Laus Deo, crucis
Qui liberauit de periculis.
Ne nos Tyranni forte dentibus
Prædam truces diſcerperent ſuis.
4 Ex aucupis seu retibus fuga
Euadit ales sic sumus dolo
Iam liberi venantium solo. *


Diſ.



Quicunq; confidunt egentes



In Domino ſtabunt. Parte reclinabunt




Nullæ, crucis molem ferentes,


Ten.



Quicunq; confidunt egentes



In Domino ſtabunt. Parte reclinabunt



Nullæ, crucis molem ferentes,

Immota


* *Virtute nos hic adiuuat ſua*
Qui condidit terrena cum polo.


PSALMVS CXXV.

Qui confidunt in Domino, &c.

Propheta nihil tutius eſſe indicat, eo, qui omnes afflictiones aliquādiu durare credat. Deinde propriis & cōtra impios Deū orat.

– – ∪ – – – ∪ – – 1.4 5.
– ∪∪ – – – 2.3.
– ∪∪ – – 6.





2 Et muniunt circumiacentes
Vt Solymas altis
Aerii vallis
Montes, Deus sic se timentes
Custodia septos tuetur,
His miseretur.

3 Non ille permittet Tyrannis
Imperio iustos
Vt subigant, custos
Et præcauebit se nefandis
Ne polluat culpis malorum
Turba bonorum.


4 Qui corde sunt puro, creator
His benefac clemens



Immota tanquam ſeſſionis



Petra Sionis.



Immota tanquam ſeſſionis



Petra Sionis.

Et pereat demens
Erroribus gens quæ vagatur.
Sed pax ſit Iſraelis oris
Almæ ſatoris.


PSALMVS CXXVI.

In conuertendo Dominus captiuitatẽ Sion, &c.

Populus ex captiuitate reuerſus Deo gratias agit, & vt liberationem talem ad finẽ perducat, orat, quod magnam calamitatem tanto maius ſequatur ſolatium, indicans.

– – ∪ – – – ∪ – 1.2.3.4.7.8.

– – ∪ – – – ∪ – – 5.6.


Dil.
Captos Sionis cum Deus
Ciues reducet prauius,
Rapti velut per somnia
Risu replentes omnia
Ten.
Captos Sionis cum Deus
Ciues reducet prauius,
Rapti velut per somnia
Risu replentes omnia

Alt.



Captos Sionis cum Deus



Ciues reducet prauius,



Rapti velut per somnia



Risu replentes omnia

Bas.




Captos Sionis cum Deus



Ciues reducet prauius




Rapti velut per somnia



Risu replentes omnia



Iactabimus miraculorum
Cum iubilis famam nouorum,




Gentesq; dicent, hæc suis



Rex Iouafecit seruulis.



Iactabimus miraculorum
Cum iubilis famam nouorum,




Gentesq; dicent, hæc suis



Rex Iouafecit seruulis.

2 *Virtute vindex is sua*
Hæc edidit miracula.
Lætemur ergo talibus
Iam liberi magnalibus.
Ah carceris cum turre duros
Captiuitatis frange muros, &c.




lactabimus miraculorum
Cum iubilis famam nouorum,



Gentesq; dicent hac suis



Rex Ioua fecit seruulis.



lactabimus miraculorum
Cum iubilis famam nouorum,



Gentesq; dicent hac suis



Rex Ioua fecit seruulis.

Austro Deus latissimum
Torrentis vt siccas sinum.

3 *Qui lacrymas luctu serunt,*
Mœroris & molem gerunt,
Cum gaudio fruges metent,
Et copiam cernu ferent.

4 *Exire cum vasis parabunt*
Fletuq; tristes seminabunt,
Pingues maniplos plurimo
Sed colligent cum iubilo.



Dis. *Altissimus si non struet*

Ædes Deus fundamine,

Vano labor conamine

Tc. *Altissimus si non struet*

Ædes Deus fundamine,

Vano labor conamine

PSALMVS CXXVII.

Nisi Dominus ædificauerit domum, &c.


Non est intellectus hominum, neque studiū neque potentia, sed bonitas Dei quæ terram alit, diuitias, bona & liberos largitur.

– – ∪ – – – ∪ –


Alt.



Altissimus sinon struet



Ædes Deus fundamine,



Vano labor conamine

Bas.




Altissimus si non struet



Ædes Deus fundamine,



Vano labor conamine



2 Quid mane frustra surgitis?
Fessaq; tandem dextera
Sera cubatis vespera?
Curis quid angi pergitis?
Dat namq; charis omnia
Vltro Deus per somnia.

3 Sunt liberi carissimi
Diuina vere munera,




Nil architecti conferet.



Vrbis vigil nil prouidet,




Hanc Iouani cuſtodiet.



Nil architecti conferet.



Vrbis vigil nil prouidet,



Hanc Iouani cuſtodiet.

Ventriſq; fructus pignora
Nati manent ſuauiſſimi.
Connubium ditat quibus
Caſtum creator dotibus.
4 *Grandis voluptas matribus*
Eſt indies pubeſcere
Proles ſuas & creſcere.
Grandis voluptas patribus

Ferri cito natos gradu
Herois vt telum manu.
Est omnibus felix modis
Qui fert pharetram talibus
Plenam sagittis suauibus.
*Illum pudor nunquam dolis**



Disc.



Fœlix vir & beatus



Hic qui Deum timet,



Eius vias paratus

Te



Felix vir & beatus



Hic qui Deum timet



Eius vias paratus

Confundet, in porta suos
Sed vincet aduersarios


PSALMVS CXXVIII.

Beati omnes qui timent DOMINVM, &c.
Omnes timentes & diligentes Deum tum in rebus publicis, tum in priuatis beatos prædicat.

– – ∪ – ∪ – –
– – ∪ – ∪ –
∪

1. 3. 5. 7.
2. 4. 6. 8.

Alt.



Felix vir & beatus




Hic qui Deum timet,



Eius vias paratus


Bas.




Felix vir & beatus




Hic qui Deum timet,



Eius vias paratus


Et qui sequi studet.
Dextræ tuæ labores
Victum tibi ferent,
Te sospitem dolores
Et qui sequi studet
Dextræ tuæ labores
Victum tibi ferent,
Te sospitem dolores



Et qui ſequi ſtudet.




Dextra tua labores



Victum tibi ferent,




Te ſoſpitem dolores




Et qui ſequi ſtudet.




Dextra tua labores



Victum tibi ferent,



Te ſoſpitem dolores



Nunquam mali prement.



Nunquam mali prement.


2. *Vxor pudica tecti*
Custos erit tenax.
Fœcunda prole lecti
Vitis velut ferax.
Hinc ordo filiorum
Latabitur sedens
Mensam secus tuorum
Oliua ceu recens:

3. *His ecce prosperatur*
Donis timens Deum,
Tali bono probatur
Cultus fidelium.
Sic de Sion virebis
Spirante gratia,
Sancta Salem videbis
Diuina gaudia.





Exclame





4 *Natis satos nepotes*
Spectabis indies,
Abramidisq; dotes
Pacis feret quies.


PSALMVS CXXIX.

Sæpe expugnauerunt me, &c.

Populum Dei adhortatur, vt lætetur propterea, quod priori hostium afflictione per Deum liberatus sit, deinde de deletione impiorum, licet quandam probitatis speciem præ se ferant, loquitur.


– – ∪ – – – ∪ – ∪ – 1.3.
– – ∪ – – – ∪ – ∪ – – 2.4






2 Plagis ararunt terga pluribus,
Vomer cutem cum carne vulnerauit.
Sunt rupta sulcis membra durius,
Vibice corpus stiua sauciauit.
3 Sed lo ua funes rupit impiis,
Et pœna iusta venit vltionis.
Fo ntem pudor sic vertat improbis,
Odere sanctæ qui domum Sionis.

Fra



Exclamet Israel mihi fuerunt,



Audacter infesti superbia,



Fractam sed exstirpare nescierunt.



Exclamet Israel, mihi fuerunt



Audacter infesti superbia,



Fractam sed exstirpare nescierunt


4 *Vt gramini fiant pares leui,*
Quod culminis per tecta sicca crescit.
Solis sed æstu languet in breui,
Falcem prius quam sentiat putrescit.
5 *Messoris ex quo nil manus capit,*
Vt fasce palmam repleat patentem.
Nec qui maniplos rure colligit
Vnquam grauat spicis sinum carentem.

6 *Hic nemo dicat transiens, Deus*
Successibus vos prosperis secundet,
Optamus vt vestrum suis genus
In gratia cum posteris abundet.

PSALMVS CXXX.


Ex profundis ad te Deus clamaui, &c.

DISCANTVS.





TENOR.





Suspire

Intima cuiusdam precatio, qui ob peccata sua multa aduersa passus, tamen forti spe quod a Deo remissionem peccatorum, & liberationem a malo consecuturus sit, certum se reddit.


– – ∪ – ∪ – – 1 3. 5. 7.
– – ∪ – ∪ – 2. 4. 6. 8.


ALTVS.






BASSVS.






Suſpiro merſus vndis,
Ah audias cito:
Aures habens apertas
Attende flebili.
Suſpiro merſus vndis
Ah audias cito:
Aures habens apertas
Attende flebili.


Pra-



Suſpiro merſus vndis,



Ah audias cito:



Aures habens apertas




Attende flebili.



Suſpiro merſus vndis




Ah audias cito:



Aures habens apertas



Attende flebili



2 Legum nefas rigore
Si vindicare vis,
Coram tuo furore
Ausitne stare quis?
Sed gratia benignus
Parcis nocentibus.
Quare timore dignus
Laudare gentibus.
3 Ex mente spero tota
Confisus in Deum,
Verbi lucerna nota
Solamen est meum.
Sic cor Deum tonantem
Exoptat & sitit,
Lucem vigil morantem
Vt mane suspicit &c.



4 Gens Isaci potenti
Sperabis in DEO,
Qui gloriam frequenti
Auget suam bono.
Ex hoc salus abundat
Promissa patribus,
Abramidasq; mundat
Culpa reatibus.

PSALMVS CXXXI.

Domine non est exaltatum cor meum, &c.
Humilitatem suam testatus, auxilio Dei se confirmat.

– – ∪ – – – ∪ –

Dis. 

Non est superbum cor mihi,



Elata non sunt lumina.



Nec magna curo plurima



Versatus in mirabili.

Te. 

Non est superbum cor mihi,



Elata non sunt lumina.



Nec magna curo plurima



Versatus in mirabili.

2 *Fastu proteruo si carens*
Non sentiebam molliter, *

Mites

Alt.




Non eſt ſuperbum cor mihi,



Elata non ſunt lumina.




Nec magna curo plurima




Verſatus in mirabili.


Baſ.




Non eſt ſuperbum cor mihi,



Elata non ſunt lumina.



Nec magna curo plurima



Verſatus in mirabili.

* *Miteſcit vt matrispuer*
Non vberum iam lac habens.

3 *Mansuetus & si non fui*
Infans vt ablactatus est,
Nutrix cui mammus abest,
Non te Deus possim frui
4 *In numen Israel Dei*
Confide spe fortissima
Solatii certissima
Omnis per ævum seculi.

PSALMVS CXXXII.




Regi

Memento Domine Dauid, &c.

Cum Dauid in regno suo bona pace fruere-tur, summa profunditur lætitia ex aduētu arcæ fœderis Hierosolymam, iuxta votum suum quod fecerat, & promissioni Dei de æterno regno eius, qui ex semine suo nas citurus erat. i.e Messiæ, vt id 2. cap. Act. Ap explicatur, fidit.

– – ∪ – – – ∪ –





Regi Iacob gratissimus



Et vota consecrauerat



Regi Iacob gratissimus




Et vota consecrauerat,

2 *Non, inquit, intrabo domum*
Sed plane vitabo meam
In strata me non conferam
Lecti nec ascendam thorum
Somni quietem nec petam.

3 *Pacis fruar non otio*
Gratam Iacob sedem Deo
Donec parans inuenero,
In qua pios deuotio
Cultus patri praestet meo.

4 *Hanc in beatis Ephrata*
Sedem iugis audiuimus,
Quam diligis cum ciuibus
Sedis tibi templum data
In rure sylua vidimus.



Regi Iacob gratissimus



Et vota consecrauerat.




Regi Iacob gratissimus




Et vota consecrauerat.

5 *Iouæ tabernaculum piis*
Cum gaudiis intrabimus,
Hunc ante nos curuabimus.
Arca, tibi, cum roboris
Hic sit quies optauimus.
6 *Diuæ sacerdotes fauens*
Lux æquitatis vestiat,
Gens sancta plausu gestiat.
Per Dauid & Christus potens
Finem triumphi nesciat.
7 *Iurata Dauidi suo*
Auertet haud vnquam Deus.
Vt rex eris dux & meus.
Sic in throno ponam tuo
Ventris tui natum genus.

8 Si filii fœdus meum
Et pacta seruabunt tui,
Tunc compotes voti sui
Omnis per aui seculum
Sceptris tuis faxo frui.
9 Montem Sion sanctam Deus
Elegit in sedem sibi,
Semper morari vult ibi.
Hic est focus, dicit, meus,
Æterna pax hic sit mihi.
10 Dulcis cibo victum cibi
Implens egenos panibus.
Templi sacerdotes salus
Velabit omnes, vt pii
Hymnis resultent suauibus.



Res ecce quam suauis Deoque grata



Fratres vbi concordia beata



Res ecce quam suauis Deoque grata



Fratres vbi concordia beata


11 *Dauidis hic cornu potens*
Exsurget, & notoria
Tollet tubar victoria.
